Ac de ventis quidem calidis et frigidis, et iis expositis urbibus, quemadmodum ante dictum est, ita se res habet. At vero civitates, quæ ad ventos inter æstivum solis ortum et hibernum sunt expositæ, et quæ iis contrario modo se habent, de his sic se res habet. Quæ quidem soli orienti sunt expositæ, eas salubriores esse par est, his, quæ ad septentriones et ventos calidos obversæ sunt, etsi stadium unum intersit.

Primum si quidem calor et frigus temperate se habent, deinde aquas, quæ solis ortum spectant, omnes limpidas esse, et odoratas ac molles, et amœnas in hac civitate suboriri necesse est. Sol namque emergens et perlustrans eas reprimit. Diluculum enim ipse aër ut plurimum semper affundit. Hominum habitus coloratiores et vividiores sunt, nisi alius quis morbus prohibeat. Homines clara voce sunt præditi, et ad iram ac prudentiam melius sunt comparati, quam septentrio-

gardent l'orient doivent nécessairement être limpides, sans odeur, molles et agréables à boire; parce que le soleil à son lever les corrige, en dissipant, par ses rayons, le brouillard qui ordinairement occupe l'atmosphère dans la matinée.

23. Les hommes ont le teint plus vif et plus fleuri, à moins que quelque maladie ne l'altère. Ils ont la voix claire, et sont d'un caractère plus doux et d'un esprit plus pénétrant que ceux des régions septentrionales; de même que toutes les autres productions y sont meilleures que celles des pays du nord.

24. La modération du froid et du chaud fait que les villes ainsi situées ont une température analogue à celle du printemps. Leurs maladies, en moindre nombre et moins fortes qu'ailleurs, ressemblent cependant à celles des villes tournées du côté des vents chauds. Les femmes y sont extrêmement fécondes, et accouchent aisément.

25. Au contraire, l'exposition des villes qui regardent l'occident, qui sont à l'abri des vents de l'orient, et sur lesquelles ceux du nord et du midi ne font que glisser légèrement, doit nécessairement être très-insalubre. Premièrement leurs eaux ne sont point limpides, parce que le brouillard qui, pour l'ordinaire, dans la matinée, occupe l'atmosphère, se mêle avec elles, en altère la limpidité, et que le soleil qui devait le dissiper ne les éclaire que lorsqu'il est déjà fort élevé sur l'horizon. En second lieu, il souffle pendant les matinées d'été des brises fraîches; il y tombe des rosées, et le reste de la journée, le soleil, en s'avançant vers l'occident, cuit singulièrement les hommes. Aussi doivent-ils naturellement avoir le teint décoloré, la complexion du corps faible, et participer à toutes les maladies dont j'ai parlé, et dont il n'y a aucune qui leur soit exclusivement affectée.

26. Ils doivent, de plus, avoir la voix forte et rauque en respirant un air qui est ordinairement impur et malsain. Les vents du nord ne le corrigent guère, parce qu'ils y séjournent peu : et ceux qui y soufflent habituellement sont très-humides; car telle est la nature des vents occidentaux. La température des villes qui y sont exposées est très-analogue à celle de l'automne, par rapport aux alternatives du chaud et du froid qui se font sentir dans le même jour; de manière que le soir on y éprouve une température bien différente de celle du matin. Voilà ce que j'avais à observer sur la nature des vents salubres, et de ceux qui ne le sont point.

nales, siquidem et reliqua illic nascentia præstantiora sunt. Ac fere sic sita civitas, quoad calidi et frigidi temperationem, veri similis est; tum etiam morbi quidem pauciores et debiliores gignuntur, eorumque morborum sunt similes, qui in civitatibus, quæ ad calidos ventos spectant, oriuntur. Et mulieres illic valde fecundæ evadunt, facileque pariunt. Ac de his hoc quidem habet modo.

At vero quæ ad occasum sunt expositæ, et a ventis, qui ab oriente spirant, obtectæ, tum a calidis ventis, tum etiam frigidis a septentrione leviter perflantur, harum urbium situm maxime morbo esse obnoxium necesse est. Primum siquidem aquæ minime sunt limpidæ. Cujus rei causa est, quod aer plurimum matutinum tempus occupat, qui aquæ admixtus, illius splendorem obscurat. Neque enim, nisi in altum evectus, sol splendescit. Per æstatem vero mane quidem auræ frigidæ spirant, et ros decidit; de reliquo vero, ad ipsas sol se demittens, quam maxime homines percoquit. Quare et decolores eos esse par est et infirmos, prædictisque omnibus morbis participare, cum nulla ex parte ab eis separentur. Gravem etiam et raucam vocem eos habere est consentaneum, ob aerem, qui istic ut plurimum impurus et morbosus existit. Neque enim ab aquilonibus multum perpurgatur, cum non assidue perflent, qui vero assidue perflant, iisque incumbunt, aquosissimi sunt. Quandoquidem qui ab occasu spirant venti, autumno fere similes sunt, similisque est hic civitatis situs, quoad dici mutationem, quod multum inter matutinum et vespertinum tempus intercedit. Ac de ventis quidem, convenientes sint, necne, sic se res habet.

Caput III — De natura palustrium et lacustrium aquarum, et earum, quæ e fontibus scaturiunt.

Deinceps vero de aquis nobis commemorandum est, et quæ morbosæ, et quæ saluberrimæ existant, et quæ ab aqua tum mala, tum bona provenire æquum sit. Plurimum enim momenti ad sanitatem confert.

Chap. III. — des eaux.

27. Je vais maintenant ajouter tout ce qui reste à dire sur les eaux (ne les ayant jusqu'ici considérées que relativement à leur exposition). Je ferai connaître leurs qualités plus ou moins salubres, ainsi que les maux ou les biens qui doivent résulter de leur usage, qui a une très-grande influence sur la santé des hommes.

28. Les eaux de marais, d'étang, et toutes les eaux dormantes en général, sont nécessairement chaudes en été, épaisses et d'une mauvaise odeur, par cela même qu'elles ne sont point courantes. Alimentées sans cesse par de nouvelles pluies, et brûlées par l'ardeur du soleil, elles doivent être louches, malsaines et propres à augmenter la bile. En hiver, au contraire, les neiges et les gelées les rendent froides et troubles, de manière qu'elles augmentent beaucoup la pituite, et qu'elles deviennent très-propres à causer des enrouements.

29. Ceux qui en font usage ont toujours la rate très-volumineuse et dure, le ventre dur, émacié, chaud; les épaules, les clavicules et la face fort décharnées. Cet amaigrissement tient à l'état même de la rate, dont le volume n'augmente qu'aux dépens de leurs chairs. Ils mangent beaucoup et sont toujours altérés. Ils ont le ventre supérieur et inférieur fort secs, au point qu'il leur faut des médecines plus fortes pour les purger. Cette maladie leur est familière en été aussi bien qu'en hiver.

30. Ils sont de plus sujets à des hydropisies aussi fréquentes que mortelles; car il y règne en été beaucoup de dysenteries, de diarrhées et de fièvres quartes très-longues : or toutes ces maladies, lorsqu'elles traînent en longueur, finissent par jeter les sujets ainsi constitués dans des hydropisies mortelles. Telles sont les maladies qui les affligent pendant l'été.

31. Quant à celles de l'hiver, les jeunes gens sont, dans cette saison, sujets aux péripneumonies, aux affections maniaques; et les plus âgés, aux fièvres ardentes, à cause de la dureté du ventre.

32. Les femmes sont sujettes aux œdèmes et aux leucophlegmaties. Elles conçoivent et elles accouchent difficilement. Les enfants qu'elles mettent au monde sont d'abord gros et boursouflés; mais ils maigrissent et deviennent chétifs pendant qu'on les élève. Les évacuations qui suivent leurs couches ne se font point d'une manière avantageuse,

33. Les hernies sont les maladies les

Quæ igitur sunt palustres, et stabiles, et lacustres, eas per æstatem quidem calidas, crassas, et olidas esse necesse est. Cum enim non perfluant, sed semper novo imbre accedente augeantur, et a sole exurantur, eas decolores esse, et pravas, et biliosas necesse est; per hyemem vero glaciatas et frigidas, et tum a nive, tum a glacie turbidas, adeoque maxime pituitam gignere, et raucedinem excitare; bibentibus autem lienes semper magnos esse, et compressos, ventres vero duros et tenues, ac calidos; humeros vero et jugula, et faciem extenuari. In lienem enim carnes colliquescunt, ideoque graciles sunt. Tales vero edaces et siticulosos esse necesse est, ventresque tum superiores, tum inferiores siccissimos habere, proindeque medicamentis valentioribus indigere. Hic quidem morbus ipsis et per æstatem, et per hyemem est consuetus. Ad hæc etiam aquæ inter cutem tum frequentes, tum maxime lethales contingunt. Multæ enim intestinorum difficultates, et alvi profluvia per æstatem incidunt, et febres etiam quartanæ diuturnæ. Hi autem morbi, cum longius producuntur, hujusmodi naturas ad aquam intercutem deducunt, et perimunt. Et hi quidem morbi ipsis per æstatem contingunt. Per hyemem vero junioribus pulmonum inflammationes et insaniæ; senioribus autem febres ardentes, ob ventris duritiem. Mulieribus vero tumores proveniunt, et pituita alba, vixque concipiunt, et cum difficultate fœtus magnos et tumidos pariunt, quique postea, dum educantur, contabescunt, et deteriores evadunt. Neque bona post partum mulieribus purgatio contingit. Pueris vero herniæ potissimum superveniunt, et varices viris, tibiarumque ulcera, ut proinde ejusmodi naturæ longæ esse vitæ nequeant, sed ante tempus senescant. Præterea mulieres sibi prægnantes videntur, et cum pariendi tempus instat, ventris moles disparet. Quod contingit ob aquam intercutem, cum ea uteri laborarint. Ac hujusmodi quidem aquas ad quidvis paratas esse censeo.

Secundo loco eas, quarum fontes in saxosis locis sunt (quas duras esse necesse est), aut istic, ubi calidæ aquæ existunt, aut ferrum nascitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum, plus familières à l'enfance. A l'âge viril, on est sujet aux varices et aux ulcères des jambes; en sorte qu'il est impossible que des hommes de cette nature jouissent d'une longue vie : aussi vieillissent-ils avant le terme prescrit par la nature.

34. Il arrive encore que les femmes se croient enceintes, et que, lorsqu'elles sont parvenues au terme, le volume du ventre disparaît : c'est que cette prétendue grossesse n'est qu'une hydropisie de la matrice. Ainsi, je regarde ces sortes d'eaux comme mauvaises à tous égards.

35. Les plus mauvaises après celles-là sont celles qui sortent des rochers, parce qu'elles sont nécessairement dures. Il en est de même de celles qui coulent des terres qui recèlent des eaux thermales, des mines de fer, de cuivre, d'argent, d'or, de soufre, d'alun, de bitume ou de nitre. Comme c'est la force de la chaleur qui produit toutes ces matières, les eaux qui sortent d'une pareille terre ne peuvent être que mauvaises, dures et échauffantes; elles passent difficilement par les urines, et resserrent le ventre.

36. Les meilleures eaux sont celles qui coulent des lieux élevés et des collines de terre. Elles sont agréables au goût, claires; il ne faut qu'une très-petite quantité de vin pour les altérer. De plus elles sont chaudes en hiver et fraîches en été; ce qui prouve la profondeur considérable de leurs sources. Mais il faut surtout recommander celles qui coulent du côté du levant, et particulièrement du levant d'été; parce qu'elles sont nécessairement plus limpides, dépouillées de toute odeur, et légères.

37. Toute eau salée, crue et dure est en général mauvaise à boire; il y a cependant certains tempéraments et certaines maladies auxquels l'usage de pareilles eaux pourrait convenir, et dont je parlerai plus bas. Au reste, il faut juger de ces eaux d'après leur exposition, laquelle les rend plus ou moins mauvaises.

38. Les meilleures sont celles dont les sources regardent le levant (d'équinoxe) : viennent ensuite les eaux qui coulent entre le levant et le couchant d'été; mais surtout celles qui sont plus vers le levant. Les eaux qui coulent entre le couchant d'été et celui d'hiver sont d'une qualité inférieure. Les pires de toutes sont celles qui coulent vers le midi, de même que celles qui coulent entre le levant et le couchant d'hiver : elles sont surtout très-mauvaises durant les vents du midi, et ne se corrigent un peu que par les vents septentrionaux.

Hæc enim omnia caloris vi proveniunt. Neque igitur ex hujusmodi terra bonæ aquæ nascuntur, sed duræ et æstuosæ, quæque per urinas non facile feruntur, et alvi egestioni adversantur. At vero optimæ sunt, quæ ex sublimibus locis, et terræ tumulis profluunt. Hæ enim dulces sunt et albæ, modicumque vinum ferre queunt, per hyemem calidæ, per æstatem frigidæ. Tales enim ex profundissimis fontibus proveniunt. Maxime vero commendantur, quarum fontes ad solis exortus, præsertimque æstivos decurrunt. Limpidiores enim, et boni odoris, et leves esse necesse est.

Salsæ vero, et indomitæ, et duræ, in totum quidem ut bibantur, improbandæ. Sunt tamen naturæ quædam et morbi, quibus tales aquæ potu sunt commodæ, de quibus mox dicam. Ac de his res ita se habet. Quarum quidem fontes ad orientes spectant, eæ inter omnes optimæ; secundum has, quæ sunt inter æstivos solis exortus, et occasus, sed præcipue ad exortus; tertio loco, quæ sunt inter occasus æstivos et hibernos; deterrimæ vero, quæ ad austrum spectant, quæque sunt inter æstivum ortum et occasum. Et hæ iis quidem, qui sunt ad austrum, valde pravæ, iis vero, qui ad septentrionem, præstantiores.

His hoc modo uti convenit. Qui sanus est ac valet, is, nullo habito discrimine, semper eam, quæ adest, bibat. Qui vero morbi causa eam, quæ maxime conveniat, bibere volet, is hoc modo præcipue sanitatem consequatur. Quorum quidem ventres duri sunt, et qui promte succenduntur, iis certe dulcissimæ, levissimæ, et limpidissimæ conferunt. Quibus vero ventres inferiores molles sunt, humidi, et maxime pituitosi, iis durissimæ, et maxime coctu difficiles, et aliquantulum salsæ accommodatæ sunt. Hoc enim modo maxime resiccari poterint. Quæ namque aquæ coquendo sunt optimæ, et facile liquescunt, eas ventrem dissolvere, ac liquefacere maxime æquum est. Indomitæ vero ac duræ, et quæ coquendo minime idoneæ, eæ ventres magis cogunt, et resiccant. At vero de aquis salsis propter imperitiam falluntur quidam, quodque alvum solvere existimentur, cum maxime alvi dejectioni repu-

39. Pour ce qui concerne l'usage de ces eaux, je pense qu'un homme bien portant et vigoureux doit boire sans distinction celle qui sera à sa portée; mais si quelque indisposition l'oblige à chercher l'eau la plus convenable à son état, les préceptes suivants lui seront d'un grand avantage pour recouvrer la santé.

40. Tous ceux dont le ventre est dur, brûlant et sujet à se constiper, se trouvent bien de l'usage des eaux les plus douces, les plus légères et les plus limpides. Au contraire, les eaux très-dures, très-crues et saumâtres conviennent mieux à ceux qui ont le ventre mou, humide et plein de pituite, par la raison même qu'elles sont très-propres à consumer les humeurs.

41. En effet toutes les eaux qui cuisent très-facilement et qui sont fort molles, doivent aussi naturellement lâcher et humecter le ventre; au lieu que les eaux crues, dures et difficiles à cuire le resserrent et le dessèchent.

42. C'est sans doute au défaut d'expérience qu'il faut attribuer l'erreur de ceux qui regardent les eaux salées comme laxatives, quoiqu'elles soient d'une nature bien opposée. Naturellement crues et difficiles à cuire, elles resserrent plutôt qu'elles ne lâchent le ventre. Voilà pour ce qui concerne les eaux de source.

43. Quant à celles de pluie et de neige, les premières sont les plus légères, les plus douces, les plus subtiles, et les plus limpides de toutes les eaux. C'est qu'en premier lieu, le soleil attire et enlève les parties les plus subtiles et les plus légères de tous les fluides. Ce qui se passe dans la formation du sel en est la preuve. Cette substance n'est que le résidu d'une eau salée; elle n'est restée au fond de cette dernière, que parce qu'elle était trop grossière et trop pesante pour être évaporée avec les parties les plus subtiles de l'eau, que le soleil avait enlevées à cause de leur légèreté.

44. Et ce n'est pas seulement dans les eaux d'étang et de mer que le soleil opère cette évaporation; il agit de même sur tous les corps de la nature où il existe quelque humidité, et il en existe partout. Il attire du corps même de l'homme ce qu'il y a de plus subtil et de plus léger dans ses humeurs.

45. Ce qui le prouve de la manière la plus évidente, c'est que toutes les fois qu'un homme habillé marche ou est assis au soleil, ce ne sont pas ordinairement les parties du corps nues et exposées immédiatement à l'ardeur de ses rayons, qui suent; ce sont plutôt les parties couvertes par les habits ou par quelqu'autre chose, qui s'humectent par la sueur; et

gnent. Indomitæ enim sunt et coqui nequeunt, proindeque ab eis venter potius adstringitur, quam eliquetur. At de fontium quidem aquis hoc modo se res habet.

Caput iv. — De aquis pluvialibus, et e nive, aut glacie ortis.

Quæ autem ex imbribus colliguntur, et ex nive fiunt, quomodo se habeant, enarrabo. Aquæ igitur ex imbribus collectæ levissimæ et dulcissimæ sunt, tenuissimæ, et limpidissimæ. Sol enim, quod inprimis in aqua est tenuissimum, et levissimum, sursum educit et rapit. Id autem ex ipso mari patet, in quo, quod salsum est, propter crassitudinem, et gravitatem remanet, et sal evadit, tenuissimum vero propter levitatem sol ad se rapit. Neque vero tale quid ex aquis solum lacustribus sursum educit, verum etiam ex ipso mari, et ex omnibus, in quibus aliquid humoris inest, quod quavis in re inest. Quin etiam ex ipsis hominibus tenuissimum ac levissimum humorem educit. Cujus rei maximum est indicium, cum homo vestibus indutus in sole ambulaverit, aut sederit. Quascumque enim corporis partes sol aspicit, hæ nullum sudorem emittunt. Sol enim quidquid sudoris comparet, ad se rapit. Quæ vero veste, aut alia quavis re conteguntur, hæ exsudant. Per vim enim a sole sudor elicitur, servatur autem a tegumento, ne a sole deleatur. Cum vero ad umbram pervenerit, tum corpus æqualiter sudore diffluit. Neque enim amplius sol affulget. Atque eam ob causam inter aquas etiam hæ citissime putrescunt, odoremque pravum habet aqua pluvia, et quod ex pluribus collecta est, et permixta, proindeque celerrime putrescit.

Ad hæc quoque, cum rapta est, in sublime evecta circumfertur, et aere permiscetur, quod quidem in ea est turbidum et noctem referens, excernitur, et secedit, et aer ac nebula evadit. Tenuissimum vero et levissimum relinquitur, et a sole ustum, et coctum dulcescit. Quin et alia omnia, quæ coquuntur, semper dulcia evadunt. Dum igitur dispersa, necdum collecta fuerit, in sublime ferquoique le soleil la force de couler, les habits empêchent cependant qu'il ne la dissipe de même. Mais si ce même homme vient à se mettre à l'ombre, toutes les parties du corps sont également humectées par la sueur, parce qu'elles sont toutes également à l'abri de l'action du soleil.

46. Cependant, c'est à cause même de son origine, que l'eau de pluie est de toutes les eaux celle qui se corrompt le plus promptement, et qui acquiert une mauvaise odeur ; car elle n'est qu'un amas de plusieurs espèces de vapeurs mêlées ensemble ; ce qui favorise et accélère sa putréfaction.

47. Les bonnes qualités de l'eau de pluie viennent, en second lieu, de ce que (indépendamment de la première évaporation dont je viens de parler) l'eau, une fois attirée et élevée par le soleil, se mêle et se porte de tous côtés avec l'air. Alors sa partie la plus trouble et la plus opaque se sépare et forme les brumes et les brouillards ; tandis que le reste, plus subtil et plus léger, est cuit par le soleil, et devient doux ; ce qui arrive de même à toutes les autres substances, lorsqu'elles sont cuites.

48. Cependant, tant que cette partie est dispersée, sans avoir acquis encore aucune consistance, elle continue à se porter vers les régions supérieures de l'air ; mais si des vents d'une direction opposée viennent soudain à la rassembler quelque part, alors cet amas crève du côté où il se trouve le plus condensé. Cela doit surtout avoir lieu toutes les fois que des nuages chassés par un vent impétueux, sont tout-à-coup repoussés par d'autres nuages chassés par un autre vent qui souffle en sens contraire. Il arrive alors qu'en s'accumulant les uns sur les autres, à mesure que de nouveaux nuages sont poussés vers le même point, ils augmentent de volume, deviennent plus opaques, se compriment, crèvent enfin par leur propre poids et tombent en pluie. Voilà pourquoi l'eau pluviale doit naturellement être la meilleure ; elle a néanmoins besoin d'être bouillie et filtrée, autrement elle acquiert une mauvaise odeur, et rend la voix rauque et forte à ceux qui en font usage.

49. Pour ce qui est des eaux de neige et de glace, elles sont en général toutes mauvaises ; c'est que l'eau, une fois glacée, ne recouvre plus sa première qualité, parce que la congélation lui enlève sa partie limpide, légère et douce, et ne lui laisse que la partie la plus trouble et la plus pesante.

50. Vous pouvez vous en convaincre par l'expérience suivante. Remplissez, pendant l'hiver, un vaisseau d'une quantité donnée d'eau, et exposez-le ensuite au serein, dans un endroit assez froid, pour

tur. At ubi coacervata, et a ventis inter se adversariis derepente in se coacta fuerit, tum deorsum prorumpit, qua parte copiosa collecta fuerit. Tunc enim istud magis contingere par est, cum nubes, vento, stabilitatem minime habente, agitatæ ac delatæ, derepente contrario vento, et aliis nubibus occursarint. Hic quidem prima ipsius pars cogitur. Posterior vero insuper accedit, eaque ratione crassior et nigrior evadit, ac pondere deorsum prorumpit, imbresque oriuntur. Atque has quidem aquas optimas esse rationi est consentaneum, ut tamen excoquantur, et excolentur opus habent. Sin minus, odorem pravum obtinent, et bibentibus raucitatem, et vocis gravitatem adesse æquum est.

Pravæ vero omnes, quæ ex nive et glacie fiunt. Ubi enim semel concreverint, non amplius ad pristinam naturam redeunt. Sed quod in his quidem est splendidum, et leve, et dulce, excernitur et evanescit; remanet vero, quod turbidissimum, et ponderosissimum. Quod hac ratione deprehendas. Si enim hyemis tempore vasculum, certa aquæ mensura affusa, sub dio exponere voles, uti maxime congeletur, deinde postridie in locum calidum delatum, ubi glacies maxime liquescat; tumque soluta fuerit, iterum aquam metiaris, aquam multo pauciorem reperias. Hoc certe indicio cognosces, quod congelatione id, quod est levissimum et tenuissimum, evanescit et exspirat, non, quod gravissimum et crassissimum, cum id ei contingere nequeat. Hanc igitur ob causam aquas de nive et glacie liquatas, earumque similes, ad quidvis pessimas esse existimo. Atque de aquis quidem, quæ ex imbribus, nivibus, et glacie colliguntur, ad hunc se res habet modum.

Caput v. — De noxis ex pravarum aquarum potu prodeuntibus.

At vero calculo maxime tentantur, et renum morbis, ac urinæ stillicidio, et coxendicum affectionibus corripiuntur, herniæque iis suboriuntur, qui cujusque modi aquas bibunt, aut de magnis fluminibus, in quæ alia decurrunt, et de sta-

que la congélation s'opère complètement; transportez ce même vaisseau le lendemain dans un endroit chaud, et mesurez l'eau après qu'elle aura été complètement dégelée, vous la trouverez beaucoup diminuée. Cette expérience prouve que la congélation, en l'évaporant, lui a enlevé, non pas ce qu'elle contenait de plus pesant et de plus grossier (ce qui était impossible), mais sa partie la plus légère et la plus subtile. C'est à cause de cela que je regarde ces eaux, et toutes celles qui leur sont analogues, comme très-mauvaises à tous égards. Voilà ce qu'on observe dans les eaux de pluie, de neige et de glace.

51. Quant aux eaux des grands fleuves dans lesquels d'autres fleuves se déchargent, à celles des lacs qui reçoivent quantité de ruisseaux de toute espèce, ainsi qu'à celles qui sont conduites de loin, l'usage de toutes ces eaux produit principalement la pierre, les affections néphrétiques, la strangurie, la sciatique, et les hernies.

52. C'est qu'il est impossible que des eaux si mêlées soient toutes de la même nature. Les unes étant douces, les autres salées, quelques-unes imprégnées d'alun, d'autres venant de sources chaudes, elles se font une guerre continuelle, jusqu'à ce que la plus forte l'emporte sur les autres. Et c'est tantôt l'une, tantôt l'autre qui est la plus forte, selon les différents vents qui dominent. Il y a, par exemple, des eaux dont les qualités se développent et se renforcent par le vent du nord; d'autres, dont ces qualités ne deviennent sensibles que par celui du midi. Il en est de même des autres vents. Ainsi, il faut de toute nécessité que de pareilles eaux déposent au fond des vaisseaux qui les renferment un sédiment de sable et de limon, qui occasionne les maladies que je viens de nommer. Si ces effets ne se manifestent pas chez tous les hommes indistinctement, en voici la raison :

53. Tous ceux qui ont le ventre libre et sain, et dont la vessie n'est pas trop ardente, ni son col trop enflammé, urinent facilement, sans qu'il s'y forme des concrétions, Ceux, au contraire, qui ont le ventre ardent, doivent nécessairement avoir la vessie affectée de même. Et quand celle-ci est une fois échauffée d'une ardeur plus que naturelle, son col s'enflamme, retient, brûle, cuit l'urine, et n'en laisse sortir que la partie la plus ténue et la plus pure. La plus épaisse et la plus trouble s'y accumule, et forme des concrétions d'abord peu volumineuses, mais qui grossissent de plus en plus dans la suite; car à mesure qu'elles y sont ballotées par l'urine, elles attirent

gno, in quod multarum, et cujusvis generis aquarum rivuli deveniunt, quique advectitiis aquis utuntur, quæ ex longo, et minime brevi intervallo deducuntur. Neque enim fieri potest, ut aquæ inter se similes sint; verum aliæ dulces sunt, aliæ salsæ, et aluminosæ, aliæ de calidis effluunt. Atque hæ simul permixtæ inter se dissident, et semper superat, quæ valentissima est. Neque semper eadem viribus pollet, sed alias alia.

Sed et ex ventis, huic quidem boreas vires præbet, illi vero auster, et de reliquis eadem est ratio.

Ex his igitur limum et arenam in vasis subsidere necesse est, et ex earum potu prædicti morbi gignuntur. Quod vero non omnibus, deinceps dicam.

Quibus quidem alvus tum fluida, tum sana est, et vesica minime ignea, neque vesicæ os cum ea valde conspirat, ii quidem facile urinam emittunt, neque quidquam in vesica colligitur. Quibus vero alvus ignea fuerit, vesicam etiam eadem affectione teneri necesse est. Cum enim magis, quam natura postulet, calefacta fuerit, os ipsius inflammatione tentatur. Sic autem affectum urinam non emittit, sed in sese concoquit et adurit, et quod quidem in ea est tenuissimum, secernitur, quodque purissimum, transit, et cum urina educitur, quod vero crassissimum ac turbidissimum, colligitur, et concrescit, primum quidem minore copia, deinde majore. Cum enim per urinam volutatur, quidquid crassum constitit, ad sese applicat, coque modo augetur, et in tofum durescit. Dumque urinam emittit, ab urina vi propulsum ad vesicæ os collabitur, et urinam impedit, doloremque vehementem exhibet. Proindeque pueri calculo laborantes pudenda confricant, et vellicant, quod ipsis reddendæ urinæ causa eo loco esse videtur.

Hoc autem ita se habere indicio est, quod, qui calculo laborant, urinam ad instar seri limpidissimam reddunt, cum, quod in ea est crassissimum ac maxime tout ce qu'elles rencontrent de matières épaisses, se les attachent, et se durcissent en augmentant ainsi de volume.

54. La pierre, une fois formée, est forcée de se précipiter vers le col de la vessie toutes les fois qu'on veut uriner, en ferme le passage, et cause des douleurs très-vives; c'est ce qui oblige les enfants calculeux à frotter et à tirailler le bout de la verge, s'imaginant que dans cette partie réside la cause qui les empêche d'uriner.

55. Une preuve que c'est la partie la plus épaisse et la plus trouble de l'urine qui reste au fond de la vessie, et qui forme les concrétions calculeuses, c'est que l'urine que rendent ceux qui ont la pierre, est extrêmement claire. Voilà de quelle manière se forme, pour l'ordinaire, cette maladie.

56. Chez les enfants, elle peut encore avoir pour cause un lait malsain, échauffé et bilieux. L'ardeur de ce lait se communique au ventre et à la vessie, en sorte que l'urine brûlée donne lieu à la formation du calcul. Aussi pensé-je qu'il est plus avantageux de donner bien trempé le vin aux enfants; mêlé avec une grande quantité d'eau, il brûle et dessèche moins les veines.

57. Cependant les filles ne sont pas autant sujettes que les garçons à la pierre. C'est que les femmes ont le canal de l'urètre plus court et plus large, de manière que l'urine jaillit avec plus de facilité. Aussi n'observe-t-on pas chez elles les signes extérieurs de la pierre; je veux dire qu'elles ne touchent, ni ne frottent le bout de l'urètre comme les garçons. D'ailleurs, chez elles ce canal s'ouvre dans une direction horizontale, très-près du vagin, au lieu que chez les hommes il est courbé et moins large. Ajoutez à cela qu'elles boivent plus (d'eau) que les hommes. Ce sont à peu près les causes de cette différence.

Chap. iv. — des saisons.

58. Pour juger si la constitution d'une année doit être saine ou malsaine, voici de quelle manière il faut faire ses observations sur chaque saison. Si les signes qui accompagnent le lever et le coucher des astres, arrivent d'après le cours ordinaire de la nature; si pendant l'automne il tombe des pluies, que l'hiver soit modéré, c'est-à-dire ni trop doux ni trop froid, et que pendant le printemps et l'été suivants il ne tombe que les pluies propres à ces deux saisons, une telle année doit naturellement être fort saine.

59. Si, au contraire, à un hiver sec et boréal, succède un printemps pluvieux et austral, il faut nécessairement que

returbidum, istic maneat ac versetur. Ac plerique quidem hoc modo calculum gignunt. Gignitur autem et pueris ex lacte, si non salubre fuerit, sed valde calidum et biliosum. Ventrem enim concalefacit, et vesicam, ac proinde, dum urina simul aduritur, istam affectionem sentit. Et mea quidem sententia præstat pueris vinum, quam maxime dilutum, exhibere, cum nimirum venas minus adurat et resiccet.

At in mulieb ribus pudendis non eodem modo contingit. Vesicæ enim fistula urinaria brevis est, et ampla, ut facile urinam propellat. Neque enim manu pudendum, velut masculus, confricat, neque fistulam urinariam contingit, quod intra pudenda perforata est, cumque meatus urinarii ampli sint, plus enim, quam pueri bibunt. Ac de his quidem hoc modo se res habet, aut ad hæc quam proxime accedit.

Caput vi. — De morbis tempestatum anni, et quæ tempestates pharmacis commodæ.

De annis autem hoc modo consideratione adhibita quis statuat, qualisnam annus futurus sit, utrum salubris, an morbosus. Siquidem secundum rationem in siderum ortu et occasu signa appareant, si per autumnum pluat, et hyems sit moderata, neque admodum blanda, neque præter modum frigida, et vere ac æstate aquæ tempestivæ eveniant; sic annum saluberrimum esse consentaneum est.

Quod si hyems quidem sicca et aquilonia, ver vero pluvium et austrinum fuerit, æstatem febribus abundare, et lippitudines inducere necesse est. Ubi enim ab imbribus vernis, et ab austro terra humectata fuerit, et plenior æstus derepente supervenerit; tum a terra madida et calida exsistente, tum a sole adurente, ardorem conduplicari necesse est, hominum ventribus minime consistentibus, neque resiccato cerebro. Neque enim, ubi ver tale exstiterit, fieri l'été occasionne des fièvres, des ophthalmies et des dysenteries. C'est que toutes les fois qu'une chaleur étouffante arrive tout-à-coup, et que la terre est encore humectée par les pluies du printemps et par les vents du midi, l'action du soleil, jointe à la chaleur d'une terre très-humide, doit nécessairement se faire sentir avec plus de force. Ajoutez à cela que le ventre ne s'est pas encore resserré, ni le cerveau débarrassé des humeurs, puisque dans un pareil printemps toute la substance du corps doit nécessairement être abreuvée d'humidité. Ainsi, les fièvres seront très-aiguës, surtout chez les sujets d'un tempérament phlegmatique, et les dysenteries attaqueront les femmes, ainsi que les hommes, d'une complexion très-humide. — [Ces maladies seront courtes, si l'été est sec; elles seront, au contraire, plus longues, s'il est pluvieux.]

60. Et si le lever de la canicule amène des orages, des pluies, et que les vents étésiens soufflent à cette époque, on peut espérer qu'elles cesseront, et que l'automne sera saine. S'il en arrive autrement, il est à craindre que ces maladies, qui sont d'ailleurs sans danger pour les gens âgés, ne deviennent mortelles pour les femmes et pour les enfants, et que ceux qui en réchappent ne finissent par avoir des fièvres quartes, qui mènent ordinairement à l'hydropisie.

61. Si l'hiver est austral, pluvieux et chaud, le printemps boréal, sec et froid, les femmes enceintes, dont le terme de la grossesse arrive au printemps, risqueront de se blesser, ou, si elles accouchent naturellement, de ne mettre au monde que des enfants infirmes, malsains, qui périront bientôt après leur naissance, ou qui vivront maigres, débiles et maladifs. Voilà ce qui résultera d'une pareille constitution pour les femmes enceintes.

62. Au reste, cette constitution amènera des dysenteries, des ophthalmies sèches, et chez quelques personnes, des fluxions de la tête aux poumons. Il est probable que les dysenteries attaqueront les hommes phlegmatiques et les femmes, à cause des humeurs pituiteuses qui descendent de la tête (aux intestins). Les sujets d'un tempérament bilieux seront plus exposés aux ophthalmies sèches, à cause de la chaleur et de la sécheresse de leurs chairs. Ceux d'un âge avancé auront des fluxions, parce que leurs vaisseaux sont peu serrés et vides de sang; en sorte que les uns seront frappés de mort subite, et que les autres deviendront paraplectiques de la partie gauche ou droite du corps.

63. Car toutes les fois qu'à un hiver

potest, quin corpus et caro nimio humore diffluant, ita, ut omnibus, ac maxime pituitosis, acutissimæ febres immineant. Mulieribus vero, et naturis maxime humidis, intestinorum difficultates contingere par est.

Ac siquidem sub caniculæ exortum aqua et hiberna tempestas supervenerit, etesiæque spiraverint, quietis spes est, autumnumque salubrem fore. Alioqui periculum est, ne pueri et mulieres moriantur, minime vero senes, aut ne, qui evaserint, in quartanas tandem incidant, et ex quartanis in aquam intercutem.

At si hyems quidem austrina, pluviosa, et placida fuerit, ver vero aquilonium, siccum, et tempestuosum, primum quidem mulieres, quæ prægnantes exstiterint, et quibus partus in ver imminet, abortionem facturas, est verisimile, quæ vero etiam pepererint, adeo imbecilles ac morbosos fetus parituras, ut aut statim pereant, aut tenues, debiles, et valetudinarii vivant.

Atque hæc quidem mulieribus, reliquis vero intestinorum difficultates et lippitudines siccas, nonnullisque defluxiones a capite in pulmonem. Pituitosis itaque intestinorum difficultates fieri par est, ac mulieribus, pituita a cerebro defluente, propter naturæ humiditatem; bibliosis vero lippitudines siccas, ob carnis caliditatem et siccitatem; senibus autem defluxiones, ob venarum raritatem ac distensionem, ut ex his nonnulli repente intereant, alii dextra parte resoluti jaceant. Cum enim hyeme exsistente austrina et calida corpus non constringatur, neque venæ, vere aquilonio et sicco, ac frigido superveniente, cerebrum, quod una cum vere dissolvi, et purgari a gravedine et raucedine oportebat, tunc densatur et cogitur, proindeque accendente derepente æstate, æstuque, ac mutatione contingente, hi morbi ingruant, tandemque reliquis morbis, cum ventres facile resiccari nequeant, intestinorum levitates, et aquæ inter cutem succedant.

austral, pluvieux et chaud, pendant lequel le corps ni ses vaisseaux n'ont pu se resserrer, succède un printemps boréal, sec et froid, le cerveau, qui, à l'entrée de cette dernière saison, devait naturellement se détendre et se purger de toutes les humeurs qui causent les coryzas et les enrouements, se condense au contraire et se resserre; et s'il arrive que les chaleurs de l'été viennent le surprendre dans cet état, ce changement brusque doit occasioner ces maladies, auxquelles succèdent enfin les lienteries et les hydropisies, par la difficulté qu'éprouve le ventre à se dessécher.

64. Si l'été est pluvieux et austral, et qu'une automne pareille lui succède, l'hiver suivant sera nécessairement mal sain. Les sujets d'un tempérament phlegmatique, ceux qui auront passé l'âge de quarante ans, auront des fièvres ardentes, et les hommes bilieux des pleurésies, des péripneumonies.

65. Si un été sec et boréal est suivi d'une automne pluvieuse et australe, il y aura probablement, l'hiver suivant, des maux de tête, des sphacèles du cerveau, des enrouements, des coryzas, des toux, et chez quelques individus, des phthisies.

66. Mais si l'automne est boréale et sèche (comme l'été), et qu'il n'y ait eu de pluies ni au lever de la Canicule, ni à celui d'Arcturus, une telle constitution sera très-favorable aux tempéraments humides et phlegmatiques, ainsi qu'aux femmes; mais elle aura des effets absolument opposés pour les tempéraments bilieux, en les desséchant trop. Elle leur causera des ophthalmies sèches, des fièvres tant aiguës que chroniques, et à quelques-uns même des affections mélancoliques.

67. C'est que la partie la plus aqueuse et la plus ténue du sang et de la bile se consume, et qu'il n'en reste que la partie la plus épaisse et la plus âcre. Or, une pareille disposition des humeurs produit ces maladies chez les sujets dont je viens de parler; au lieu qu'elle est favorable aux personnes d'un tempérament phlegmatique, parce qu'elles arrivent à l'hiver dépouillées de toute humidité superflue.

68. C'est en examinant de la sorte la nature des différentes saisons, qu'on peut prévoir la plupart des effets qui doivent résulter de leurs variations. Mais il faut surtout prendre garde à leurs changements les plus considérables, pendant lesquels on ne doit ni donner des purgatifs (forts) sans nécessité, ni brûler ou inciser les parties voisines du ventre, que dix jours ne soient passés. Les plus grands et les plus dangereux changements arrivent pendant les quatre époques qu'on est

Si vero æstas pluviosa fuerit, et austrina, et autumnus similiter, morbosam esse hyemem necesse est, iisque, qui pituita abundant, et quadragesimum annum excesserunt; febres ardentes contingere æquum est, biliosis vero morbos laterales, et pulmonum inflammationes.

At si æstas sicca et aquilonia fuerit, autumnus vero pluvius et austrinus, sub hyemem capitis dolores, et cerebri siderationes fieri par est, ac præterea raucedines, gravedines, et tusses, et nonnullis quoque tabes. Quod si aquilonius et siccus fuerit autumnus, ac neque sub canem, neque sub arcturum pluviosus, pituitosis quidem præcipueque natura humidis et mulieribus confert. Biliosis vero hoc est maxime adversum; admodum enim resiccantur, iisque lippitudines aridæ contingunt, et febres acutæ ac diuturnæ, quibusdam etiam melancholiæ. In bile namque, quidquid est humidissimum et aquosissimum, consumitur, quod vero crassissimum et acerrimum, remanet, quod in sanguine eadem quoque ratione accidit, unde ii morbi illis contingunt. Pituitosis vero hæc omnia auxilio sunt. Resiccantur enim, et ad hyemem perveniunt, ab aliis temporibus invicem succedentibus resiccati. Si vero hyems borealis sit, et sicca, ver autem austrinum et pluviosum, æstate lippitudines fieri vehementes, pueris vero et mulieribus febres, congruum est.

Qui igitur hæc mente complexus et contemplatus fuerit, is ex mutationibus plurima fere prævidebit. Præcipue vero maximæ anni temporum mutationes observandæ sunt, ut neque medicamentum purgans lubenter exhibeamus, neque partes circa ventrem uramus, aut secemus, ante dies decem, aut etiam plures. Maxime tamen sufficient decem. Ac maximi periculi plena sunt ambo solstitia, præcipueque æstivum. Periculosissima etiam ambo æquinoctia existimantur, maxime vero autumnale. Siderum quoque ortus observandi, præcipueque caniculæ, deinde arcturi, et vergiliarum occasus. His enim potissimum diebus morbi judicationem subeunt, et alii quidem perimunt, alii vero desinunt, aliiconvenu d'appeler les solstices et les équinoxes; mais surtout pendant le solstice d'été, et pendant l'équinoxe d'automne.

69. Il faut user de la même précaution par rapport au lever des astres, surtout à celui de la Canicule, ensuite à celui d'Arcturus, et au coucher des Pléïades. C'est principalement à ces époques que les maladies éprouvent des crises; que les unes deviennent mortelles, que les autres cessent ou se changent en maladies d'une espèce et d'une constitution différentes.

70. (Les villes qui sont dans une belle exposition par rapport aux vents et au soleil, et qui ont de bonnes eaux, se ressentent moins des changements dont je viens de parler; celles, au contraire, qui sont mal situées, et qui se servent d'eaux de marais et d'étang, doivent s'en ressentir davantage.) Voilà ce qui concerne les saisons.

Chap. v. — de l'Asie.

71. Je vais maintenant faire voir la différence totale qui existe entre l'Asie et l'Europe; différence qu'on observe de même dans la figure des peuples qui habitent ces deux contrées, et qui ne se ressemblent point. Comme il serait trop long de traiter ce sujet en détail, je me contenterai de rapporter les différences les plus sensibles, et de dire ce que j'en pense.

72. Je dis donc que l'Asie diffère beaucoup de l'Europe, non-seulement pour ce qui concerne les hommes, mais encore par rapport à toutes les productions de la terre. Tout vient beaucoup plus beau et plus grand en Asie qu'en Europe; le climat en est plus doux, et les peuples qui l'habitent sont aussi d'un naturel plus doux et plus docile.

73. Ces dispositions tiennent à la température des saisons. Située à l'orient, entre les deux levers du soleil, l'Asie est également éloignée du chaud et du froid. Or, ce qui contribue le plus à l'accroissement et à la bonté des productions de la nature, c'est une température égale, où tout se trouve en équilibre, et où rien ne domine avec excès.

74. Ce n'est pas cependant que l'Asie soit partout la même. Celles de ses contrées qui sont placées à une égale distance de la chaleur et du froid, abondent seules en productions de la terre et en arbres, jouissent d'un air pur et serein, et ont des eaux excellentes, tant celles qui tombent du ciel que celles qui sortent de la terre. Le sol n'y est ni brûlé par des chaleurs excessives, ni congelé

que omnes in aliam formam et statum transeunt. Ac de his quidem ad hunc se res habet modum.

CAPUT VII. — De Asiæ, maximeque Libyæ et Ægypti natura; atque eorum, qui illas incolunt, regiones.

Ac de Asia et Europa indicare volo, quantum inter se per omnia distent, tum quantum homines formis varient, nihilque inter se simile habeant. De omnibus certe longa foret oratio; verum de præcipuis, et plurimum inter se differentibus dicam, ut se res habere mihi videtur.

Mea quidem sententia Asia plurimum Europæ præstat, tum eorum omnium natura, quæ e terra producuntur, tum hominum. Longe enim pulchriora et majora omnia in Asia gignuntur, regioque ipsa hac nostra mitior, et hominum mores humaniores et benigniores. Quorum quidem causa est tempestatum anni temperatio, cum in medio solis exortu ad auroram sit exposita, a frigore longe procul remota. Incrementum autem et moderationem omnium maxime præbet, cum nihil sit, quod per vim superet, sed omnium sit æquabilis potestas. Neque tamen ubique per totam Asiam ad eumdem modum se habent omnia. Sed quæ quidem regio in medio calidiet frigidi sita est, ea certe feracissima est, et arboribus maxime consita, et blandissima, aquisque præcipue fruitur cœlestibus et ex terra provenientibus. Neque enim calore admodum exuritur, neque squaloribus et aquarum penuria resiccatur, neque frigore violatur, sed austro objecta, imbribus multis et nive perfunditur, multaque illic sua tempestivitate nasci par est, quæ ex seminibus, quæque ex terræ plantis proveniunt, quorum fructibus homines fruuntur, ex agrestibus domesticos faciendo, et in suum usum transferendo. Pecoraque illic enutrita abundare vel maxime æquum est, crebriusque parere, et optime educari, hominesque habiliores esse, formaque præstantes, et magnitudinis eximiæ, formaque, et corporum proceritate non admodum inter se dissimilis.

par des froids rigoureux; il n'est ni desséché par défaut d'eau, ni inondé par des pluies considérables et par des neiges.

75. Un pareil sol doit naturellement produire beaucoup de fruits d'été, soit de ceux qui viennent de graines ensemencées, soit de ceux des arbres sauvages qui naissent spontanément, et que les hommes convertissent en fruits doux, en les transplantant et en les cultivant pour leur usage. Le bétail y réussit mieux que partout ailleurs; il est très-fécond et très-facile à élever. Les hommes ont de l'embonpoint; ils se distinguent par leur beauté, par une taille avantageuse, et se ressemblent de forme et de stature.

76. La température de ce pays, vu la nature des saisons qui n'éprouvent point des variations immodérées doit approcher le plus de la température du printemps. Mais il est impossible que dans un tel pays les hommes soient courageux et vifs, qu'ils supportent le travail et la fatigue... Tout (jusqu'aux animaux) y est nécessairement dominé par l'attrait du plaisir, au point qu'ils ne font aucune distinction d'espèce ni de sexe (quand il s'agit de satisfaire les désirs de la nature); et de là vient qu'on y voit des formes si variées parmi les bêtes sauvages... Voilà ce que je croyais devoir observer concernant les habitants de l'Égypte et de la Libye.

77. Il n'en est pas de même des peuples situés à la droite du Levant d'été, et qui s'étendent jusqu'au Palus-Méotide, qui sépare l'Asie de l'Europe. Tous ces peuples sont plus variés, et se ressemblent moins que ceux dont je viens de parler; ce qui vient des variations de leurs saisons et de la nature du pays qu'ils habitent.

78. Il en est de la différence de la nature des pays comme de celle des hommes: partout où les saisons éprouvent des changements aussi considérables que fréquents, le sol est extrêmement sauvage et inégal; on n'y voit que des plaines et des prairies entrecoupées par quantité de montagnes couvertes de forêts. Dans les pays, au contraire, où ces changemens ne sont point considérables, le sol est très-uni.

79. La même chose s'observe chez les hommes, si l'on veut y faire attention: les uns sont d'une nature analogue à des pays montueux, couverts de bois, et humides; les autres à des terres sèches et légères; ceux-ci ressemblent à des sols marécageux et couverts de prairies, et ceux-là à des plaines nues et arides. C'est que les saisons, qui modifient la forme et la nature de l'espèce humaine diffèrent entre elles; et plus cette diffé-

miles. Hanc regionem ad anni temporum naturam, et moderationem proxime accedere consentaneum est. Virilis autem animus, ærumnarum et laborum tolerantia, atque audacia, in hujusmodi naturis innasci nequit, neque ejusdem generis aut diversi conjunctione ducuntur, verum in ipsis libidinem dominari necesse est. Ideoque multiformes in feris partus gignuntur.

Caput VIII. — De cæteris regionibus Asiæ ab oriente Sole ad Mæotidem paludem; ac de Macrocephalis, qui accolunt Phasin.

Atque de Ægyptiis ac Lycicis ad hunc quidem modum se res habere videtur. De his vero, qui sunt ad hiberni solis ortus dextram, ad Mæotidem usque paludem, quæ est Europæ atque Asiæ terminus, habet se res ad hunc modum. Atque hæ quidem gentes, cum propter anni tempestatum mutationes, tum ob regionis naturam, longe magis inter se differunt, quam, quæ ante sunt enarratæ. Habet autem hoc solum eodem plane modo, quo etiam apud reliquos homines. Ubi namque anni tempora maximas et creberrimas mutationes faciunt, illic efferatissima, et maxime inæqualis regio existit, montesque plurimos et densos, campos, item et prata in ea invenias. At ubi anni tempora non admodum variant, illic ea regio maxime æqualis est. Ad eumdem vero modum se in hominibus habet, si quis animum advertat. Sunt enim quædam naturæ, montosis locis, sylvosis, et aqua carentibus similes; quædam tenuibus et aquosis; quædam etiam ad planitici, nudorumque et siccorum naturam accedunt. Anni enim tempora, quæ formarum naturam variant, inter se differunt, cumque inter se diversa existant, varias et multiplices formas producunt.

Ac eas quidem gentes, quæ parum inter se differunt, prætermittam, quæ vero plurimum, aut natura, aut institutis inter se discrepant, de his, quemadmodum se habeant, mihi dicendum est, inprimisque de Macrocephalis, cum ex his nulla alia gens capita similia habeat.

rence est considérable, plus il y a de variations dans la figure des hommes.

80. Je ne parlerai point des peuples chez lesquels cette différence est peu sensible. Je me bornerai à ceux qui présentent des variations frappantes, occasionées par la nature ou par quelque institution nationale. Je commence par les *Macrocéphales*, ainsi nommés parce qu'ils diffèrent de tous les autres peuples par la longueur de leurs têtes. Cette disproportion n'avait d'abord été chez eux que l'effet d'une coutume; mais à présent la nature y concourt aussi. Cette coutume doit son origine à l'idée de noblesse qu'ils attachent aux longues têtes.

81. Dès qu'un enfant est mis au monde, et pendant que sa tête est encore tendre, on la façonne avec les mains, on la serre avec des bandages et d'autres machines propres à cet usage, de manière qu'on la force à s'allonger et à perdre insensiblement sa figure sphérique. Ce ne fut dans le commencement, comme je viens de l'observer, que l'effet de la coutume; mais avec le temps la nature s'y étoit tellement pliée qu'elle n'avait plus besoin d'être forcée par la coutume.

ligno, non tenuis, inferatur, tum super gibbum, aut panniculus lacer multiplex, aut parvus quidam scorteus pulvinus imponatur. Quam minimum tamen subjicere conducit, ea sola cautione adhibita, ne asser importuna sua duritie dolorem aliquem afferat. Gibbus autem quam maxime e directo ad excavatum parietem statuatur, quo, qua maxime exstat, ea parte asser impositus maxime premat. Asser vero impositus ab uno aliquo, vel duobus, si opus fuerit, extrema parte vi adduci debet. Alii autem corpus in longitudinem, velut ante dictum est, in diversa contendant. Potest quoque et per axes distentio fieri, aut juxta lignum defossos, vel eorum postibus utrimque erectis paulo exstantibus, vel ad ligni verticem hinc et inde in ipso ligno defixis. Hæc autem vis tum ad vehementiam, tum ad mediocritatem est accommodata, eamque vim habet, ut si quis ad nocendum, non ad curandum eam adhibere cupiat, ad id multum valeat. Nam et distentione sola per longitudinem in diversa facta, nulla etiam alia vi adhibita, probe tamen distentio comparatur. Quin et citra distentionem, si quis assere duntaxat ad hunc modum utatur, sic quoque sufficiens compulsio fiet. Optimum igitur est, hujusmodi vim adhibere, quam tum intendendo, tum remittendo, pro cujusque arbitrio temperare licet, et quæ vel secundum naturam compulsionem facit. Quæ enim excesserunt, compressione in suam sedem redeunt. Quæ vero præter naturam coierunt, eæ, quæ secundum naturam intentiones adhibentur, componunt. Equidem nullam aliam viam, qua per vim compulsio fiat, neque meliorem, neque æquiorem invenio. Neque enim ad eam, quæ in directum fit spinæ distentionem, ab inferiore parte, et ad os sacrum appellatum, est, quod injectum vinculum retineat. Ex superiore vero parte juxta cervicem et caput, est quidem, quod prehendi queat, verum tamen illud in speciem indecorum est. Et hac parte exsuperans distentio alias quoque noxas afferre queat. Experimentum autem jam olim per utrem feci, quem homini resupinato, minime inflatum, gibbo submisi, ac deinde folle fabrili in subjectum utrem immisso inflavi. Sed parvum successit. Probe enim distento homine cedebat uter, neque flatus quidquam per vim impellebat, præterquam quod uter facile elabebatur, cum in idem, tum hominis gibbus, tum repleti utris tumor cogerentur. Si vero non ita vehementer homo extende-

après lui avoir donné un bain d'eau chaude. On l'étend ensuite, la bouche en bas, sur les couvertures, après avoir attaché doucement les bras le long du corps, et avoir passé le long du milieu de son thorax une large courroie fort longue, et en avoir entouré deux fois la poitrine, le plus près des aisselles qu'il est possible. L'excédant de la courroie est jeté de chaque côté par-dessus la tête de l'humérus, et les deux bouts en sont attachés ensuite à un long billot, où ils se terminent, de manière qu'en faisant servir ce billot de levier, on puisse les employer à faire une forte extension du côté de la tête. On attache de même le dessus des genoux et le dessus des malléoles avec d'autres courroies : on en attache pareillement une aux flancs, au-dessus de l'ischium; celle-ci doit être plus large, souple et forte. Les bouts de ces courroies sont attachés à un second billot, pour opérer la contre-extension du côté des pieds. On fait agir les deux leviers en même temps, de façon que les courroies soient tirées de chaque côté uniment, de niveau et en droite ligne. Une extension de cette espèce ne saurait produire aucun mal, pourvu qu'elle soit faite avec soin et qu'on n'ait pas le dessein de nuire. Pendant ce temps, le médecin, ou tout homme habile, plaçant les deux paumes de ses mains, l'une sur l'autre, en presse la courbure de l'épine, soit vers le bas, soit vers le haut, suivant le cas, pour l'obliger à se redresser. La violence qu'on fait n'entraîne aucun danger, je le répète. Il n'y a pas même de danger à faire asseoir sur l'endroit de la courbure quelqu'un qui y donne quelques secousses en se soulevant un peu; il n'y en a pas non plus à y monter dessus, et presser avec les pieds. Rien n'empêche enfin qu'on y frappe doucement avec les pieds. Les gens habitués aux exercices du gymnase sont propres à cette opération. Une manière très-efficace pour opérer toute la pression qu'on veut exercer sur la courbure de l'épine en employant ce moyen consiste à faire dans un mur situé près de la poutre sur laquelle l'homme est étendu, une rainure profonde, un peu plus basse que l'épine, d'autant qu'on le juge à propos : on insère dans cette rainure le bout d'une planche de tilleul, ou d'un autre bois ferme, dont l'autre bout se trouve plus élevé que l'épine, sur laquelle on fait passer la planche, après l'avoir préalablement garnie en dessous d'une étoffe doublée en plusieurs plis, ou d'un coussin de cuir. On a soin qu'il ne soit pas fort épais, parce qu'il est là seulement pour empêcher que le contact de la planche ne soit trop rude

retur, uter quidem flatu in tumorem assurgebat, sed homo prorsus magis, quam expediret, in anteriorem partem curvabatur. Atque hæc adhibito studio persequutus sum, quod pulchra est eorum doctrina, quæ tentata successu caruisse, idque quam ob rem contigerit, apparet.

At quibus ex casu, aut illabente aliquo pondere, vertebræ interiorem in partem obliquantur, iis quidem plerumque vertebra non adeo multum ab aliis recedit; sin vero aut una, aut plures multum excesserint, hominem, velut etiam ante dictum est, præcipitant, cum in anguli, non in circuli flexum hæc dimotio fiat. Iis igitur urina et stercus magis, quam quibus exteriorem in partem gibbus fit, supprimitur, pedesque ac crura tota magis perfrigerantur, potius que ista, quam quæ dixi, mortem afferunt. Quod si evadant, iis urina magis profluа redditur, et crurum impotentia ac stupore ii torquentur. Quod si superiore spinæ parte magis in anteriorem partem inclinatio fiat, totius corporis impotentia et stupor contingit. Equidem eum, qui ita affectus sit, in pristinum statum nulla via restitui posse, puto, nisi si, quæ per scalam adhibetur, concussio, aut aliqua alia ejusmodi curatio, aut qualis paulo ante commemorata est, distentio, præsidium aliquod adferre possit. Impellendi autem modum, qui simul cum distentione adhibeatur, nullum habeo, qui, quemadmodum asser, gibbum impellere possit. Quonam enim pacto ab anteriore parte per ventrem impulsio fieri queat? Sed neque hoc licet, neque tusses, aut sternutamenta, aliquid facultatis ad distentionem conferunt. Neque vero flatus in ventrem immissus quidquam efficiat. Quin et magnæ cucurbitulæ. quæ attrahendarum nimirum vertebrarum intro inclinantium gratia admoventur, magno errore mentem implicant. Propellunt enim magis, quam attrahant, id quod ignorant, qui eas admovent. Quo enim majores cucurbitulæ adhibentur, eo magis in anteriorem partem curvantur, quibus eæ admoventur, cum a superiore parte cutis simul urgeatur. Alios quoque a supradictis concutiendi modos, quos ad hanc affectionem magis accommodatos quispiam existimet, referre possem, verum quia parvam in iis fiduciam colloco, ideo non adscribo. In totum igitur, de quibus breviter dictum est, sic statuere oportet. Quæ quidem in anteriorem partem inclinant, periculo et noxæ esse obnoxia. Quæ vero in exterio-

et n'occasionne de la douleur. Le sujet doit être placé de façon que sa bosse se trouve directement au-dessous. Elle sera d'autant plus comprimée que la planche sera plus longue. Après que le tout est arrangé, on fait baisser doucement le bout de la planche qui ne tient pas au mur par un ou deux hommes, durant que d'autres font l'extension et la contre-extension de la manière dite. On peut se servir d'un tour pour tirer les courroies, ou même de mouffles fixées au sommet de pieux placés à chaque bout de la poutre et peu élevés. Ce mécanisme est propre à opérer des extensions modérées et des extensions si violentes qu'on pourrait l'employer avec succès à remplir quelque dessein cruel, au lieu de le faire servir à guérir une infirmité. La seule extension en droiture, sans y ajouter d'autre force, suffirait absolument seule. La planche seule aussi serait suffisante pour exercer sur l'épine la plus forte violence sans le secours de l'extension. Ces deux forces réunies et employées avec sagesse, en lâchant et reprenant à propos, serviront utilement, pourvu qu'on les dirige suivant l'intention de la nature. La compression abaissera ce qui s'élève trop, et l'extension faite suivant la direction naturelle séparera ce qui ne devait pas être trop rapproché; je ne connais pas de moyen plus convenable ni de mieux adapté au cas dont je traite. Je ne vois point, dans la partie inférieure, d'endroit où l'on puisse attacher plus utilement la courroie et l'y fixer pour faire l'extension. Dans la partie supérieure, on aurait le col et la tête qui présentent une place commode, s'il ne s'agissait que de bien fixer la courroie; mais la seule idée en est révoltante. Qui ne voit que l'extension faite en cet endroit pourrait être suivie d'effets les plus funestes.

(*Essais d'Hippocrate avec une outre qu'il faisait remplir de vent.*) J'ai essayé autrefois de redresser l'épine en faisant renverser un homme en qui elle était courbée, de manière qu'elle portât sur une outre vide. J'y faisais souffler dedans avec un soufflet de forgeron; mais cela ne me réussit point. Si je tenais l'homme bien placé, l'outre cédait, ou bien elle ne se remplissait point. D'ailleurs l'homme glissait continuellement toutes les fois que je voulais fixer la courbure de l'épine sur le sommet de l'outre. Lorsque je le plaçais autrement, l'outre se remplissait et le faisait courber davantage; en sorte qu'il lui en serait survenu plus de mal que de bien. J'ai rapporté ceci à dessein, parce que je crois bon de faire connaître les tentatives que l'on fait, lors même

rem partem gibbum faciunt, noxa et periculo, quod ad mortem et urinæ suppressionem ac stuporem attinet, ex toto vacare. Neque enim gibbus in exteriorem partem alvi ductus intendit, neque prohibet, quo minus fluere possint. Utrumque vero spinæ ad interiora inclinatio efficit, prætereaque multa accedunt. Alioqui multo plures crurum et manuum impotentia, et corporis stupore afficiuntur, urinaque supprimitur, quibus quidem ex gibbo vertebræ, neque intro, neque extra excesserint, sed in directum spinæ vehementer concussi fuerint. At quibus ex gibbo spina curvatur, iis talia minus contingunt.

Multa quoque alia in arte medica videre licet, ex quibus, quæ vehementia quidem sunt, cum in sese totum morbi discrimen recipiant, noxa vacant, quæ vero leviora, noxas et diuturnos morbos pariunt, et magna etiam consensione reliquum corpus afficiunt. Quandoquidem et in costis fractis tale quidpiam contingit. Quibus enim costæ fractæ fuerint, una, aut plures, velut plerisque evenit, ita, ut ossa ad interiorem partem minime perrumpant, neque nudentur, pauci quidem adhuc febre correpti sunt. Sed neque multi etiam sanguinem exspuerunt, neque multi pus interiore thorace collegerunt, aut ea, quæ fit per linamenta, curatione opus habuerunt, aut iis ossa vitiata sunt, hisque simplex victus ratio satis est. Etenim si febre assidua non detineantur, iis inedia deterior est, quam cibus, gravioremque dolorem et febrem, ac tussim excitat. Modica enim ventris plenitudo costas dirigit, vasorum vero inanitio eas pendulas facit, hæque suspensæ dolent. Ab exteriore autem parte iis quævis deligatio satis est, sic, ut cerato et spleniis, fasciisque leniter appressis, vinculum æqualæ inducatur, aut etiam laneum quiddam superimponatur. Costa vero viginti diebus callo firmatur. Celeriter namque his ossibus callus obducitur. At carne circa costas, ex plaga, aut casu, aut renixu, aut alia re quapiam ejusmodi contusa, multi jam copiosum sanguinem exspuerunt. Ductus enim, qui per obtentam unicuique costæ inanitatem feruntur, et nervi, ex præcipuis corporis partibus orium ducunt. Unde etiam multi ex tussi et tuberculis, et pure in thorace collecto, ea, quæ per linamenta fit, curatione indiguerunt, et ad costæ siderationem devenerunt. Sed et quibus carne circa costas confusa, nihil tale su-

qu'elles ne réussissent point, et d'exposer comment elles n'ont pas réussi.

25. (*Courbure de l'épine en dedans, incurable.*) Quand l'épine se courbe en dedans à la suite d'une chute, ou par le choc de quelque grand poids, il arrive rarement qu'aucune des vertèbres glisse l'une sur l'autre ; mais si tant est que plusieurs, ou même une seule, se séparent considérablement de ses voisines, cet accident donne la mort, comme je l'ai déjà dit. Le déplacement se fait sur tout le corps de la vertèbre, ou sur une portion seulement. Dans ce dernier cas, les urines et les selles se suppriment, plus que dans ceux dont l'épine est courbée en arrière. Les pieds et le reste des extrémités inférieures se refroidissent davantage, et leur état mène plus à la mort. S'ils survivent, ils sont sujets à rendre des urines en grande quantité ; les jambes deviennent très-faibles, ils ont une propension continuelle au sommeil. Je ne connais absolument pas de moyen pour ramener l'épine en arrière ; ni, si la saccade donnée au moyen de l'échelle dont j'ai parlé ci-dessus serait de quelque utilité dans ce cas, ni si l'on peut réussir de quelqu'autre façon. Je ne vois ici aucune manière de pouvoir opérer une pression convenable, en même temps qu'on ferait l'extension. Comment, en effet, comprimer à travers l'épaisseur de l'abdomen ? cela est impraticable. L'éternument, les secousses de la toux dans le temps de l'extension, ne seraient d'aucun avantage. De quelle utilité pourrait être de l'air injecté par l'anus? L'application de grandes ventouses sur les vertèbres, pour les attirer, serait une grande erreur. Elles repousseraient les vertèbres, plus qu'elles ne les attireraient. C'est à quoi ne font pas attention ceux qui les emploient dans cette vue ; plus les ventouses dont ils font usage sont grandes, plus elles repoussent, à raison de ce qu'elles tendent la peau. Je pourrais encore parler d'autres moyens, imaginés comme plus propres à repousser les vertèbres en dehors, mais je n'y ai aucune confiance, et je les omets volontiers. Pour conclure donc, je dirai que les courbures de l'épine, quand elles se font en dedans, sont pleines de dangers, et amènent au moins de grandes incommodités. Quand elles se font en dehors, elles ne sont pas dangereuses : on n'a ni la mort à craindre, ni des suppressions d'urine, ni d'assoupissement léthargique. La bosse en arrière ne fait point de compression sur les conduits de l'abdomen, et n'y empêche pas le cours des liquides ; tandis que la propulsion des vertèbres, vers l'intérieur, produit l'un et l'autre de ces deux mauvais ef

pervenit, tardius tamen ii dolore liberantur, quam quibus costa perfecta est, atque in his casibus dolor locum magis repetit. Proindeque nonnulli hujusmodi noxas, ubi costa perfecta sit, magis negligunt. Quin etiam ii, si modo sapiant, diligentiorem curandi rationem desiderant. Nam et victui subtrahendum, totoque corpore quam maxime quiescere conducit, et venere abstinendum, tum eduliis pinguibus, et quæ faucium asperitatem inducant, tum etiam validis omnibus. Vena quoque in cubito secanda, et quam maxime habendum silentium. Supra locum contusum splenia non multiplicia, sed multa, et tota contusione longe latiora inducere, tum cerato sublinere, et linteis latis, fasciisque latis et mollibus devincire convenit, modiceque apprimere, ut, qui deligatur, neque valde compressum vinculum, neque item laxum esse, dicat. Primum autem ab ipso colliso ordiri vinculum debet, ibique maxime firmari. Et a media fascia injicienda deligatio, ita, ut cutis, quæ circa costas est, neutram in partem inclinet, sed æquabili momento feratur, singulisque diebus, aut tertio quoque die deligandum. Præstat quoque, alvum levi aliquo medicamento, quod eam dejiciat, mollire, ac decem quidem diebus corpus extenuare, deinde rursus alere, et implere. Sed, dum extenuamus, adstrictior, ubi vero ad pleniorem habitum ducimus, paulo laxior deligatio adhibenda. Quod si ab initio quidem æger sanguinem exspuat, quadraginta diebus circa curationem et deligationem diligentia adhibenda; alioqui fere viginti dierum curatio abunde est. Ex magnitudine autem vulneris temporis ratio est ineunda. At qui hujusmodi contusa parvi fecerint, iis etsi nullum deterius malum contingit, at locus certe contusus mucosam magis, quam antea, carnem continet. Ac quidpiam hujusmodi intus relinquitur, neque curatione quidem probe exprimitur, deterius certe se res habet, si circa os ipsum mucosum relinquatur. Neque enim amplius æque a carne os attingitur, osque morbis opportunius redditur, multisque jam ob ejusmodi causas ossa longo tempore vitiantur. Quod si non, quæ juxta os sunt, sed ipsa caro mucosa sit, sic quoque tamen subinde morborum et dolorum reversiones fiunt, si quis forte corpore sit affecto. Idcirco deligatione tum bona, tum valde accommodata uti convenit, quoad, quæ in contuso facta est, humoris effusio, exsiccata et absorpta fuerit, et fets. On la voit suivie d'une foule de maux, tels que la faiblesse des jambes, celle des bras, celle de tout le corps, et les difficultés d'uriner. Ces accidents ont même lieu lorsque l'épine a souffert une violente secousse sur elle-même, quoiqu'elle ne se courbe ni en avant ni en arrière; mais ils n'arrivent pas, lorsque les bosses se forment insensiblement.

26. (*Fracture des côtes.*) On voit, en médecine, bien des accidents qui paraissent terribles par eux-mêmes, qui cependant ne sont pas funestes; ils se terminent avec la crise du mal. D'autres plus faibles en apparence, engendrent des maladies chroniques, de mauvais caractère, et affectent insensiblement tout le corps. La fracture des côtes en fournit des preuves. Quand une ou plusieurs côtes se cassent, si les pointes des os ne se portent pas en dedans, et si les côtes ne sont pas mises à nu, il est très-ordinaire qu'on guérisse sans fièvre. Il y en a beaucoup qui ne crachent point le sang; et l'on ne voit guère, dans ce cas, de suppurations internes, ni de carie des côtes. On doit, dans le traitement, prescrire un régime modéré; car, lorsqu'il n'y a point de fièvre continue, en ordonnant une diète trop sévère, on s'expose plus à augmenter les douleurs, à faire venir la fièvre, et à causer la toux, qu'en prescrivant un régime modéré. Lorsque l'abdomen se trouve un peu plein, il soutient les côtes relevées; tandis que s'il est vide elles s'affaissent. Un bandage simple à l'extérieur suffit. On applique des compresses enduites de cérat, recouvertes d'une bande lâche qui fasse une pression médiocre et égale. On met par-dessus quelque étoffe de laine. Le cal des côtes se forme dans vingt jours; car ces os se reprennent vite. Mais lorsqu'à l'occasion de quelque coup, ou d'une chute, ou de tout autre accident, les chairs des côtes sont fortement contuses, sans que les os se fracturent, il survient ordinairement des crachements de sang. Les vaisseaux qui rampent le long des côtes, dans les intervalles qui les séparent l'une de l'autre, prennent leur origine, de même que les nerfs, des parties les plus nobles du corps. Il arrive donc souvent alors qu'il s'établit des toux, des tubercules et des suppurations internes. Lors même que ces accidents n'ont pas lieu, ceux en qui les muscles d'alentour des côtes ont souffert des contusions, en guérissent avec plus de peine que ceux dont les côtes sont cassées. Le retour des douleurs à l'endroit blessé est plus fréquent chez les premiers que chez les derniers. — On voit bien des personnes qui négligent davantage le cas des contusions

locus integra carne expleatur, ossisque caro increscat. At quibus malum inveteraverit, locusque dolore vexatur, et caro aliquantum mucosa est, iis ustio optime medetur. Et si quidem caro mucosa sit, ad os usque ustio pertingere debet, neque tamen os ipsum incalescere; sin vero in intermediis costis fuerit, ne sic quidem in summo adurere convenit, ea tamen cautio adhibenda, ne adurendo in ulteriorem partem penetres. Quod si circa os contusio esse videatur, eaque adhuc recens sit, neque dum vitiatum os fuerit, si valde exiguum quidem locum occupet, sic, velut dictum est, adurere convenit; sin vero oblongus locus sit, qui circa os attollitur, pluribus locis demittendum erit candens ferramentum. De costæ autem sideratione, ubi curationem per linamenta tractabimus, dicetur.

Femoris articulus, ubi coxendice excidit, quatuor in partes promovetur, in interiorem quidem sæpissime, deinde in exteriorem, interdum vero in posteriorem et anteriorem, sed raro. Quibus igitur interiorem in partem excessit, iis crus, alteri collatum, longius, duabus de causis, merito apparet. Ossi enim, quod a coxendice procedit, et ad superiorem pectinis partem fertur, femoris caput insidet, et articuli cervix in acetabulo fertur, exterioreque rursus parte nates excavantur, nimirum cum femoris caput in interiorem partem defluxerit. Summa item femoris pars ad genu, et tibia similiter, ac pes, in exteriorem partem ferri coguntur. Pede igitur extra vergente, medici imperiti huic sanum, non hunc sano admovent, ac idcirco crus offensum integro multo longius apparet. Multaque etiam alias in his hallucinatio subest. Sed neque ad inguen crus flectere, similiter atque sanum possunt. Quin et femoris caput in interfemineo tactu prominere conspicuum est. Ac his quidem indiciis, femur interiorem in partem elapsum esse, colligitur. Quibus igitur articulus elapsus fuerit, neque tentatus reponi potuerit, aut neglectus fuerit, ii, crus circumvolvendo, velut boves ingrediuntur, plurimamque molestiam sano crure sustinent, cogunturque, ad lateris inanitatem et prolapsum articulum incurvi, et obliqui esse. In sano vero crure nates rotundæ eminere coguntur. Si quis etenim integri cruris pede in exteriorem partem converso incederet, reliquum totum corpus in crus affectum, ut ab eo veheretur, que celui de la fracture; cependant le premier sera traité avec plus de soin, si l'on est sage; il y faut un régime sévère, observer un grand repos, s'interdire l'acte vénérien, les huiles et les graisses, tout ce qui échauffe le gosier, et ce qui nourrit beaucoup. On doit se faire saigner du bras et parler peu. On applique sur l'endroit contus des compresses légères, mais fort larges, qui ne soient pas plissées à plusieurs doubles. Elles doivent embrasser au-delà de la contusion. On les enduit de cérat; on les maintient avec des bandes larges et lâches, qui ne serrent guère au-delà de ce qu'il faut pour soutenir les compresses. On les déroule sur deux chefs, commençant par appliquer le milieu sur l'endroit contus; on observe que la peau ne se ride point en cet endroit. On lève l'appareil tous les jours, ou de deux jours l'un. Il est bon de tenir le ventre libre, au moyen de quelque minoratif. On fait observer une diète sévère pendant les dix premiers jours; après quoi on permet plus de nourriture. On tient aussi le bandage un peu plus serré, pendant tout le temps du régime austère; puis on le lâche insensiblement. Si dans le commencement il y a eu crachement de sang, on continue les soins et le bandage pendant quarante jours. S'il n'y a pas eu de crachement de sang, vingt jours de soins suffisent pour l'ordinaire. On se conduit, à cet égard, suivant la grandeur du mal. Tous ceux qui négligent ces sortes de contusions, quand même il ne leur arriverait rien de pire, ont au moins quelques engorgements dans les chairs de l'endroit qui a été contus. Or, si ces engorgements ne se détruisent point, et si l'on n'y remédie pas, ils sont d'autant plus fâcheux, qu'ils se trouvent dans des endroits voisins des os. Cela fait que les chairs ne s'y appliquent plus aussi intimement, et que les os contractent des dispositions maladives, d'où j'ai vu souvent provenir des caries lentes. Quand même les engorgements ne se porteraient point jusque sur les os, les chairs au moins sont engorgées. Or, cela fait qu'on est sujet à de fréquentes récidives de douleurs en cet endroit, toutes les fois que le corps devient malade ailleurs. D'après ces raisons, on ne doit pas se dispenser de soigner la partie contuse, et d'y tenir un bandage, jusqu'à ce que tout l'engorgement soit fondu, que les ecchymoses soient dissipées, et que les chairs soient devenues bien souples au-dessus des os, pour qu'ils prennent toute leur nourriture. S'il arrive que faute d'y avoir donné les soins convenables, l'endroit reste douloureux, et que l'engorgement

protruderet. Atqui fieri potest, ut crus affectum corpus sustineat. Cogitur ergo, hunc in modum integri cruris pede in interiorem partem, non exteriorem converso, ingredi. Hoc enim pacto crus sanum tam eam corporis partem, quæ sibi, quam quæ cruri affecto imminet, maxime sustineat. Incurvati autem ad lateris inanitatem, et articulos, pusilli apparent, et ad latus cruri integri baculo inniti coguntur. Hac enim parte conti renixu indigent, cum in eam et nates inclinent, et corporis pondus feratur. Inclinari item eos, necesse est, cum manum e regione cruris affecti ad obliquum femur obfirmare cogantur. Neque enim crus affectum corpus sustinere potest, ubi per vices mutanda crura sunt, nisi ad terram appressum contineatur.

His igitur figurationum modis uti coguntur, quibus intro prolapsus articulus minime reconditus fuerit, nihil providente ægro, quonam habitu facillime consistat, cum casus ipse edoceat, ex his, qui ad manum sunt, eum, qui maxime sit accommodatus, eligere. Neque enim, quibus ulcere pes aut tibia laborat, ii admodum crure incedere possunt, codemque modo infantes gradiuntur. Affecto namque crure in exteriorem partem converso, gressum faciunt. Ac duplex eis, quo opus habent, commodum accedit. Neque enim corpus æque sustinetur eo crure, quod incessu extra fertur, atque eo, quod intro, cum ei e directo onus non incumbat, sed multo magis illi, quod in incessu supponitur. Huic siquidem tum in ipso ingressu, tum in alterna crurum permutatione, e directo pondus incumbit, quod eo habitu crus sanum celerrime supponi queat, si affecto quidem crure, exterius, sano, interius ambulatio fiat. At quod ad præsentem sermonem attinet, non parvi est momenti, habitum corpori quam accommodatissimum per se invenire.

Qui igitur ad perfectum incrementum nondum devenere, iis, si prolapsus articulus non reconditur, femur, tibia, et pes breviora evadunt. Neque enim iis ossa æque in longum augentur, verum breviora fiunt, ac præcipue femur. Crusque totum carne vacuum, minime torosum, effeminatum, et tenuius redditur, partim quidem, quod sua sede privatur articulus, partim vero, quod suo munere fungi nequit, cum naturalem statum non

des chairs persiste, le meilleur remède sera l'application du feu. Quand l'engorgement se borne aux chairs, on cautérise jusqu'à l'os exclusivement, sans le toucher. Si c'est dans l'intervalle des côtes, on ne se borne point à cautériser la peau; on va plus loin, en ayant cependant attention de ne pas pénétrer jusqu'à l'intérieur de la poitrine. Quand la contusion porte directement sur l'os, si elle est récente, si la côte n'est pas cassée, et si le mal ne s'étend pas fort loin, l'on cautérise de la manière exposée ci-dessus : lorsque l'enflure s'étend beaucoup le long de la côte, on applique plusieurs boutons de feu. Je dirai la manière dont on traite la carie des côtes, en parlant des pansements avec des tentes et des bourdonnets.

27. (*Luxations de la tête du fémur de quatre manières. Première manière, en dedans.*) Quand la tête du fémur sort de son articulation, il se luxe de quatre manières différentes; souvent en dedans, souvent en dehors, rarement en avant ou en arrière. — Lorsque le fémur se luxe en dedans, on trouve la jambe plus longue, en la comparant avec l'autre. Deux causes paraissent y contribuer. La tête du fémur porte alors sur l'os pubis, qui s'articule avec l'ischium, et le grand trochanter porte sur les bords de la cavité cotyloïde. Les fesses présentent une espèce de creux, quand le fémur a glissé vers l'entre-cuisse. Le bout du fémur qui est au genou, la jambe et le pied sont alors obligés de se porter en dehors. Les médecins sans expérience, voyant que le pied est tourné en dehors, rapprochent sa jambe de la jambe de l'autre pied, pour comparer ensemble les deux jambes, au lieu de rapprocher celle qui est droite de celle qui ne l'est point. Cela fait que celle-ci leur paraît plus courte qu'elle ne l'est effectivement. Cette manière d'adosser les deux jambes est encore cause d'une autre erreur; car ils ne peuvent point faire rapprocher vers le milieu le haut de la cuisse malade, comme celui de la saine. Dans le cas qui nous occupe, la tête du fémur est saillante à l'entre-cuisse. On la trouve au tact, vers le périnée. Tels sont les signes de la luxation du fémur en dedans.

(*Manière dont on marche dans ce cas.*) Lorsque le fémur est ainsi luxé, et qu'il n'a pu être réduit, ou qu'on a négligé le mal, on marche en tournant la jambe, comme font les bœufs, et la jambe saine prend beaucoup de peine. On est obligé de tenir les flancs courbés et pliés du côté où est la luxation. Les fesses, en marchant, se relèvent et s'arrondissent comme une bosse du côté sain. Si l'on

retineat. Usus enim quidam nimiam mollitiem, tum etiam id, quod in longum augeri prohibet, quodammodo tollit. Gravissime igitur habent, quibus, dum in utero continentur, elabitur hic articulus, secundum hos, quibus in summa infantia idem contigit, minime vero omnium, qui adulti istud perpessi sunt. Ac adulti quidem, qua ratione incedant, dictum est.

Quos vero adhuc in infantia hic casus detinet, plerique quidem in dirigendo corpore negligenter se gerunt, maleque ad sanum crus convolvuntur, manu, quæ e regione ejus est, se ad terram obfirmantes. Quin etiam adulti nonnulli, qui hac calamitate vexantur, rectam ambulationem segniter curant. At qui in infantia hanc calamitatem experiuntur, ii, si liberaliter educati fuerint, sano quidem crure recto utuntur, verum scipionem alæ, quæ sano cruri respondet, suppositum circumferunt. Quidam etiam utrique alæ scipionem subjiciunt. Crus vero affectum suspensum detinent, quoque id brevius est, eo levius habent. Sano autem crure nihilo minus habent roboris, quam si integrum utrumque esset. Ejusmodi tamen omnibus cruris carnes emolliuntur, eæque ut plurimum exteriore parte magis, quam interiore. Ferunt autem nonnulli, Amazonas masculam suam prolem statim ab infantia, partim ad genua, partim ad coxendices, luxare consuevisse, quo videlicet claudi fierint, ac neque mares feminis insidias tenderent, eisque ad manuarias operas uterentur, et coriariam, fabrilem, et quod vis aliud sedentarium opus exercerent. Quæ quidem vera, necne, sint, ignoro. At quod ista contingant, quibus statim ab infantia articuli luxantur, certo scio. In coxis quidem certe in interioremne partem, an in exteriorem elabatur articulus, multum interest. In genibus vero interest etiam non nihil, sed minus tamen. Suus autem utrique proprius claudicationis modus inest.

Brevioribus enim sunt membris, quibus exteriorem in partem prolapsus articulus fuerit. Recti autem minus stant, quibus in interiorem partem exciderit. Eodem quoque modo, si ad malleolum luxatio contingat, quibus in exteriorem partem excidit, ii quidem vari fiunt, verum stare possunt. At quibus in interiorem partem articulus prolapsus est, ii voulait marcher sur la partie externe du pied de la jambe saine, on serait obligé de faire porter une grande partie du poids du corps par la cuisse malade; mais elle ne pourrait le soutenir. Il résulte de là qu'on marche de force sur la partie interne du pied, du côté sain, non sur sa partie externe. De cette manière, la jambe saine porte non-seulement sa moitié du poids du corps, mais aussi une grande partie de l'autre moitié, qui, dans l'état naturel, serait portée par la jambe qui est malade. Comme le corps se trouve plié aux flancs et à l'articulation, on devient petit. En marchant, l'on s'appuie sur un bâton, du côté sain, vers lequel on est obligé de se plier. On a besoin de repousser ainsi de terre la ligne du centre de gravité. Le poids des fesses et de tout le corps est dirigé vers le bâton. On est obligé de marcher voûté, parce qu'il faut tenir le bras du côté malade, appliqué le long de la cuisse, pour la soulever avec la main. Cette cuisse ne saurait ni soutenir le fardeau du corps, ni changer de place, si elle n'était elle-même soutenue par la main, quand en marchant elle va appuyer à terre. Telle est la manière dont marchent de force ceux qui ont le fémur luxé en dedans. Ce n'est point chez eux l'effet d'une grande réflexion qui les détermine à prendre cette figure. La nécessité enseigne à trouver la situation la plus commode. Il arrive souvent, quand on a une plaie à la jambe ou au pied, qu'on marche de cette manière; les petits enfants savent eux-mêmes la trouver. Ils marchent sur le dehors du pied sain, quand ils en ont un dont ils ne peuvent pas bien appuyer. Cela leur procure deux avantages dont ils ont besoin : *celui de tirer le poids de dessus la jambe malade, et celui de le transporter sur celle qui est saine.* La ligne du poids du corps ne passe plus par le milieu, quand on marche sur le dehors d'un pied; elle en passe encore plus loin, si on marche aussi sur le dedans de l'autre pied; car elle porte beaucoup plus sur le côté dont on fait toucher à terre le bord extérieur du pied, en relevant successivement les jambes. Il est donc facile de faire ainsi supporter une plus grande partie du poids du corps à la jambe saine, en marchant sur le bord extérieur de son pied, et sur le bord intérieur du pied de la jambe malade. Pour terminer cette petite digression *de mécanique naturelle*, disons qu'il est beau de voir comment le corps trouve de lui-même la situation qui lui est la plus avantageuse.

(*Parties qui s'atrophient dans ce cas, et difformités qui s'ensuivent.*) Quand la luxation du fémur arrive avant l'âge de l'ac-

valgi quidem efficiuntur, minus vero stare queunt.

At vero quænam ossa augeantur, res sic se habet. Quibus quidem ad malleolum tibiæ os loco motum est, iis certe pedis ossa, quod proxime vulneri juncta sunt, minimum augentur. Tibiæ vero ossa augentur quidem, neque certe multo minore copia, verum carnes imminuuntur. At cum articulus ad malleolum sua sede secundum naturam manserit, ad genu vero suo loco emotus fuerit, iis tibiæ os, quod vulneri sit proximum, non æque augeri, sed brevius reddi consuevit. Pedis autem ossa imminuuntur quidem, verum non æque, ac paulo ante dictum est, cum pedis articulus integer maneat. Quod si eo etiam, sicuti cum varus est, uti possent, iis adhuc minus pedis ossa imminuerentur.

Quibus vero coxendicis articulus luxatur, iis femoris os, quod proxime vulnus attingat, non æque augeri solet, sed sano brevius redditur. His tamen neque tibiæ os, neque pedis ossa eodem modo augeri prohibentur. Quod ideo accidit, quod femoris articulus, qui cum tibia committitur, et tibiæ, qui cum pede sua naturali sede manet; iis tamen totius cruris carnes imminuuntur. Quod si crure uti possent, etiam magis ossa augerentur, velut prius quoque dictum est, femore excepto, minusque carne destituerentur, quamvis id multo magis, quam sanis contingat. Cui rei indicio sunt, qui a prima origine, aut antequam ad perfectum incrementum devenerint, brachio luxato, mustellæ cubito præditi evadunt. Hi siquidem os brachii breve, cubitum vero ac summam manum sanis paulo exiliora habent, idque ob antedictas causas, quod brachium, cum læso articulo proximum sit, idcirco brevius redditur. Cubitus autem non ideo noxæ æque patet, quod brachii articulus, qui ad cubitum est, pristinam naturam retinet. Manusque rursus etiam longius a noxa, quam cubitus abest. Has igitur ob causas enumeratas, ossa quædam incremento destitui, quædam etiam incrementum suscipere contingit. Ad pleniorem autem manus, et brachii habitum, multum manus labor profuerit. Qui namque mustellæ cubito præditi sunt, manuarias operas, quas etiam altera manu præstant, ut plurimum hac manu suscipiunt, idque nihilo pejus, quam altera. Neque enim manicroissement, et qu'on n'a pu parvenir à la réduire, la cuisse, la jambe et le pied restent plus petits; les os n'acquièrent pas leur longueur, surtout le fémur; la jambe est maigre, sans chairs, et faible, tant parce que le fémur se trouve hors de son articulation, que parce qu'il ne peut faire les mouvements auxquels la nature l'avait destiné. C'est l'exercice modéré qui fortifie principalement les parties, et qui les fait croître. Ceux donc en qui la luxation arrive dans le sein de leur mère, en sont le plus grièvement affectés; puis ceux en qui elle arrive durant l'enfance; on est moins incommodé de la luxation, quand elle arrive après l'adolescence. C'est de ceux-là que je parlais, en exposant la manière dont on est forcé de marcher. Quant à ceux à qui l'accident arrive dès l'enfance, la plupart, au lieu de marcher droits, pervertissent entièrement leur forme. Certains traînent leur corps sur la cuisse saine, s'appuyant à terre, du côté de la main malade. On en voit cependant quelques-uns qui marchent debout. On en voit aussi qui marchent en appuyant de la main contre la terre, parmi ceux en qui la luxation arrive après l'adolescence; comme l'on en voit qui marchent debout, parmi ceux qui ont été luxés dans l'enfance, s'ils vivent avec des personnes qui s'attachent à donner une bonne éducation aux enfants. Ils portent une béquille, qu'ils placent sous l'aisselle du côté sain. Certains sont obligés d'en porter une de chaque côté, tenant habituellement en l'air la jambe affectée, qu'ils portent ainsi d'autant plus facilement, qu'elle est plus courte et moins nourrie. Le côté sain n'est pas moins vigoureux que si l'autre n'avait aucun mal. Ils ont tous, généralement, les chairs de la jambe malade molles; celles de l'extérieur, communément plus molles que celles de l'intérieur. On dit que les amazones luxent le fémur de leurs enfants mâles, dès qu'ils sont nés, ou au genou, ou à l'ischium, afin qu'ils restent estropiés et soient hors d'état de subjuguer les femmes. Ils les font servir aux ouvrages qui sont ailleurs le partage des personnes du sexe : à travailler le cuir, le cuivre, ou autre chose qu'on travaille restant assis. Cela est-il vrai? je ne saurais l'assurer (1); mais je connais d'une manière assurée les suites des luxations. Il y a une grande différence pour celles de la cuisse à l'ischium, quand le fémur est luxé en dedans, ou qu'il l'est en dehors.

(1) C'est ici l'endroit dont j'ai voulu parler dans ma note sur le numéro 25 du Traité des airs, des eaux et des lieux.

bus, ut cruribus, corporis onus fertur, sed sunt levia earum opera. Ob exercitationem autem neque in manu, neque in cubito, iis, qui mustellæ cubitum habent, carnes imminuuntur. Quin etiam brachium ad pleniorem habitum inde non nihil juvatur. At ubi coxendicis articulus a primo ortu, aut etiam in ipsa infantia, sua compage emotus, ad interiorem partem inclinarit, carnes eam ob causam magis, quam in manu imminuuntur, quod ii crure uti nequeunt. Atque hæc ita se habere, quæ paulo post dicentur quodammodo testabuntur.

At quibus in exteriorem partem femoris caput excessit, iis crus juxta alterum extensum merito quidem brevius apparet. Neque enim femoris caput, velut cum intro luxabatur, ossi insidet, sed juxta os, quod natura inclinatum est, in carne humida et cedente firmatur, ideoque brevius apparet. Interiore vero parte ad locum inter crura medium (gressuram et πληχαδα nominant), femur magis contrahitur, et gracilius evadit. Exteriore autem parte nates in gibbum magis extumescunt, extra nimirum femoris capite elapso. Quin et superius nates apparent, eo, quod hac parte caro femoris capiti cedit. Extrema vero femoris pars ad genu, et tibia, et pes introrsum spectare, conspiciuntur. Verum neque inflectere perinde, ac sanum crus possunt. Atque hac quidem sunt extra prolapsi femoris notæ.

Quibus igitur jam adultis luxatus articulus reconditus non fuerit, iis crus totum brevius conspicitur, neque ingressu terram calce contingere possunt, sed ima planta terræ insistunt, paululumque summis digitis interiorem in partem luxatio facta est, partim quidem, quod femoris caput, et articuli cervix, quæ naturaliter obliqua est, majori coxæ parti subjecta est, partim vero, quod summus pes in exteriorem partem inclinari non cogitur, sed prope ad rectitudinem corporis accedit, et interiorem in partem etiam convertitur. Quum igitur articulus carnis locum, in quem elapsus est, consuetudine tritum fecerit, et caro lentorem contraxerit, temporis tractu doloris expers evadit. Tuncque, si velint, absque baculo incedere possunt, et corpus affecto crure sustentare. Iis ergo, eo, quod crure utuntur,

(*Luxation du fémur à l'articulation du genou.*) S'il s'agit de la luxation au genou, que l'os luxé soit placé à la partie extérieure ou à l'intérieure, cela y met aussi quelque différence, mais point si grande. On boite, dans chaque cas, d'une manière qui n'est pas la même. Quand la luxation en est en dehors, la jambe se trouve plus courte. Ceux en qui elle est en dedans ont cependant plus de peine à se tenir debout. Pareillement, ceux qui sont luxés aux malléoles ont les jambes courbées vers l'intérieur, quand la luxation est en dehors; ils peuvent cependant se tenir droits. Les jambes sont courbées vers l'extérieur, quand la luxation est en dedans, et l'on ne peut pas se tenir aussi droit.

28. (*Réflexions générales sur le dépérissement des os et des chairs, dans les cas de luxation.*) Pour ce qui concerne l'accroissement des os, quand il y a luxation à l'articulation de la jambe avec le pied, ce sont les os du pied qui ne prennent pas leur accroissement; ceux de la jambe acquièrent leur grosseur et leur longueur ordinaires, ou peu s'en faut; mais ils ne sont pas aussi garnis de chairs. Si la luxation est au genou, les os de la jambe ne grandissent pas autant. Elle devient moins longue qu'elle ne l'eût été; ses os sont les plus voisins en dessous du mal. Ceux du pied, plus éloignés, souffrent aussi dans leur accroissement, mais moins que lorsque la luxation est à l'articulation du pied. Quand on peut se servir du pied, en appuyant sur son bord interne, les os du pied prennent plus d'accroissement. Si la luxation est au haut de la cuisse, le fémur n'arrive point à sa grandeur ordinaire; il est l'os le plus voisin en dessous du mal; il devient plus court que celui de l'autre cuisse. Ceux de la jambe ne perdent pas tant de leur accroissement, ni même ceux du pied, parce que l'articulation de la jambe avec la cuisse, et celle du pied avec la jambe, restent dans l'état naturel. Les chairs, cependant, de tout le côté des extrémités inférieures, perdent beaucoup de leur nourriture. Si l'on pouvait se servir de la jambe, les os et les chairs du côté malade, à la réserve de ceux de la cuisse, prendraient plus de nourriture, et ils se couvriraient de plus de chairs; ils en auraient cependant toujours moins que du côté sain. La preuve de ceci est qu'à la suite de la luxation de la tête de l'humérus, arrivée en naissant, ou dans la jeunesse, avant d'avoir atteint tout l'accroissement, ceux qui deviennent coudes de belette (1) ont l'humérus plus court; mais

(1) *Coudes de belette.* Voyez, *suprà*, n° 10.

minus, quam quibus paulo ante dictum est, carnes emolliuntur, idque plus aut minus contingit. Fere autem magis ad interiorem partem, quam exteriorem effeminantur. Ac eorum quidem nonnulli, quod crus flectere non possunt, calceum sibi inducere nequeunt. Quidam etiam id possunt. At quibus in matris utero hic articulus sua sede emotus fuerit, aut, cum adhuc augentur, vi exciderit, neque reconditus fuerit, aut etiam morbo elapsus, atque sua compage motus fuerit (horum enim pleraque contingunt), eorum quidem nonnullis, si sideratum femur fuerit, suppurationes diuturnæ, et quæ curationem per linamenta desiderent, contingunt, quibusdam etiam ossa nudantur. Eodem vero modo, tum quibus sideratur os femoris, tum quibus non sideratur, multo brevius redditur, ac neque velut sanum augeri solet. Hujus etiam tibiæ ossa paulo quidem, quam alterius, breviora evadunt, ob easdem causas, quæ etiam antea sunt commemoratæ. Atque hi incedere possunt, nonnulli quidem eo modo, quo quibus jam adultis elapsus articulus reconditus non fuit, quidam etiam toto pede insistunt, inter ambulandum tamen, ob cruris brevitatem, utramque in partem inclinari coguntur. Hæc autem sic contingunt, ubi in his, quæ ad corporis habitum spectant, diligenter, et in quibus oportet, recte fuerint, a pueris educati, priusquam ad ambulationem confirmentur, ac nihilo minus etiam diligenter et recte, ubi confirmati fuerint. Summam vero curam postulant, quibus in prima infantia hic casus incidit. Si enim ea in infantia negligantur, iis totum crus prorsus inutile, et incrementi expers redditur, ac universi cruris carnes magis imminuuntur, quam sani. At multo sane minus, quam quibus interiorem in partem exciderit, idque ob usum et laborem, ita, ut statim uti crure valeant, velut etiam de his, qui mustelæ cubito præditi sunt, paulo ante dictum est. Nonnullis quoque partim quidem statim a prima origine, partim vero sub morbo, amborum crurum articuli exteriorem in partem prolapsi sunt. Iis igitur ossa quidem hujusmodi vitiis patent at carnes minime effeminantur. Sed et pleniora crura evadunt, nisi si quid interiore parte paulum deficit. Eam vero ob causam pleniora sunt, quod utroque crure pariter utuntur. Eodem enim modo inter ambulandum ab utraque parte jactantur, iique valde prominentibus natibus conspiciuntur, eo, quod articuli suo loco excesse-

ils n'ont ni la main, ni l'avant-bras, guère plus courts que de l'autre côté. Ceci est conforme à ce que nous avons déjà dit. Le bras est, dans ce cas, la partie la plus voisine au-dessous du mal. L'avant-bras qui a un mouvement suffisant dans son articulation, n'est pas, à beaucoup près, autant privé de nourriture ; ni même la main, qui est encore plus éloignée du mal. Or, telles sont les causes qui privent ou font jouir les os de leur accroissement ; l'exercice et le travail contribuent principalement à la nourriture du bras et de la main. Les coudes de belette peuvent faire un grand nombre d'ouvrages qui s'opèrent des mains ; ils se servent de celle du côté malade, tout comme de celle du côté sain. L'avant-bras n'a point à supporter le poids du corps, et les ouvrages auxquels ils travaillent sont de peu de peine. L'usage que font les coudes de belette de la main et de l'avant-bras, empêche ces parties de s'atrophier. Il y a plus, le bras même en profite un peu ; mais quand la tête du fémur est luxée en dedans, soit de naissance, soit dans l'enfance, les jambes prennent moins de nourriture que n'en prend l'avant-bras dans le cas dont je parlais, principalement à cause qu'on ne peut se servir des jambes. La suite confirmera ce que je dis ici.

29. (*Luxation du fémur en dehors.*) Quand la luxation du fémur se fait en dehors, la jambe, comparée avec celle de l'autre côté en la manière qu'il le faut, paraît beaucoup plus courte. La tête du fémur ne porte point directement sur l'os, comme quand la luxation est en dedans. Elle y appuie de côté, et n'est soutenue que par des chairs molles qui cèdent. La cuisse forme comme un arc vers l'entre-cuisse ; elle s'atrophie. La fesse s'élève en bosse, les muscles cédant à la pression du fémur en dehors. L'extrémité du fémur au genou incline un peu en dedans ; la jambe aussi, et le pied. On ne peut cependant les fléchir en dedans, autant que la jambe et le pied du côté sain. Tels sont les signes de la luxation du fémur en dehors. — Quand elle arrive dans l'âge fait, si on peut la réduire, la jambe reste toujours courte. En marchant, on ne peut appuyer du talon. On ne touche la terre que de l'extrémité de la plante du pied, que l'on traîne en tournant un peu les doigts en dedans. Le corps peut un peu plus appuyer sur la jambe que dans les cas de la luxation en dedans, tant à raison de ce que la tête du fémur, et son col qui est naturellement incliné, se trouvent porter davantage sur l'ischium, qu'à raison de ce que le pied n'est pas obligé de se por-

runt. Quod si neque his ossa vitientur, neque gibbosi supra coxendices evadant (quosdam enim hujusmodi vitia prehendunt), nisi ergo tale quid contingat, de cætero satis salubriter vitam traducunt. Minus tamen ii reliquo corpore, capite excepto, incrementi suscipiunt.

Si venæ pulsent, et facies bene habita fuerit, præcordia minime mollia, sed sublata, diuturnus morbus significatur, neque sine convulsione, aut copiosa ex naribus sanguinis profusione, aut vehementi dolore solvitur.

In manibus etiam palpitationes admodum longam febrem, aut brevem in pejus tendentem judicationem indicant, prætereaque plurima, quæ ad mortem inclinant.

His, qui brevi perituri sunt, maxima signa per initia contingunt. Nam et difficilem habent spirationem, neque noctu dormiunt, et periculi plena signa ostentant.

In febre continente, qui quarto, et septimo die laborat, neque undecimo die judicationem subierit, is plerumque perniciose habet.

Qui distensione (tetanus dicitur,) corripiuntur, intra quatuor dies pereunt, quos si effugerint, convalescunt.

In febribus ardentibus, si morbus regius et singultus quinto die contingat, lethalis est,

Morborum reversionibus tentantur, quibus citra febrem vigiliæ vehementes, aut turbulenti somni adveniunt, aut corporis robur solvitur, aut singulorum membrorum dolores adsunt, et quibus febres, non accedentibus solutionis signis, neque diebus judicatoriis, quiescunt.

Quod si deficiente febre, et accedente sudore, urinam fulvam, albam subsidentiam continentem reddiderint, his eodem die febris reversionem sperato. Ejusmodi vero reversiones quinto die citra periculum judicantur.

At si, judicatione facta, urina rubra subsidentiam rubram continens reddita fuerit, his quoque febris reversio eodem die contingit, ex eaque pauci servantur.

Febris ardens cum reversionem facit, plerumque etiam sudorem profundit, præsertim si post reversionem tot diebus, quot prius, detineat. Tertio etiam febris revertitur, nisi post reversionem die impari demiserit.

Et plerumque, si non coctæ fuerint urinæ, neque alia signa secundum rationem processerint, morbus judicatorio die revertitur. Interdum vero, his ejus-

39. Ceux qui doivent mourir dans peu de temps ont, dès le commencement, les symptômes très-violents. La respiration est laborieuse. Ils ne dorment point la nuit, et tous les signes annoncent le danger.

40. Dans la fièvre continue, si le mal augmente le quatrième jour et le septième, et s'il n'est pas jugé le onzième, c'est ordinairement funeste.

41. Tous ceux qui tombent dans le tétanos périssent en quatre jours; s'ils échappent le quatrième, ils se sauvent.

42. Dans les fièvres ardentes, si, au cinquième jour, la jaunisse et le hoquet surviennent, il arrive des rechutes mortelles.

43. Lorsque sans fièvre il y a des insomnies obstinées, ou un sommeil très-agité, le corps s'affaiblit, ou il survient des douleurs dans les membres.

44. Toutes les fois que la fièvre s'arrête sans signes critiques, aux jours non critiques; et même lorsque la sueur survient à la fin de la fièvre, quoique l'urine fasse un dépôt blanc, si en sortant elle est rousse, attendez-vous au retour de la fièvre le jour même; mais ces retours sont sans danger, et se jugent le cinquième jour.

45. Si, après la crise, l'urine en sortant est rouge, et si elle dépose un sédiment rouge, on tombe en rechute de la fièvre le même jour, et peu se sauvent.

46. La rechute de la fièvre ardente amène ordinairement la sueur, surtout si elle doit durer autant que la première maladie. La fièvre reprend même souvent une troisième fois, à moins que la rechute ne se termine un jour impair; que de plus, les urines soient cuites; qu'il en soit de même des autres signes *qui doivent s'être montrés pareillement à des jours impairs*, et qu'enfin la rechute soit venue dans un jour critique.

47. Si l'urine est épaisse, blanche, telle que celle qui, au quatrième jour, préserve des dépôts (1) dans les fièvres avec de grandes lassitudes, il survient quelquefois, au quatrième jour aussi, une hémorrhagie du nez, qui ne termine pas la maladie. La guérison se fait en rendant du pus.

48. Les hémorrhoïdes qui fluent sont un bien pour les malades d'un tempérament atrabilaire, qui sont dans la frénésie.

49. Ceux qui, à la fin d'une maladie, tombent dans la manie, sans autre cause, en sont délivrés s'il leur survient des dou-

(1) Voyez le soixante-treizième aphorisme, livre quatrième.

modi relictis, etiam die judicatorio reversionem facit.

Caput vi. — Judicia recidivarum, abscessus, quartanarum, melancholiæ phreniticæ, maniæ, suppuratorum, dolorum partium inferiorum, magni morbi, febrium ardentium.

Quibus judicationis tempore exorta ad aures tubercula non suppurantur, his solutis morbi reversio, pro recidivarum ratione, simili circuitu contingit. In his ad articulos aliquid abscedere posse, sperandum est.

Si urina crassa fuerit, qualis alba in morbis cum lassitudinis sensu quarto die accidit, ab abscessu liberat.

Horum vero quibusdam etiam sanguinis ex naribus profluvia contingunt, quæ quarto die minime liberant, neque morbos, quos pus prodiens sanat.

Atra bile vexatis, et phrenitide detentis, sanguinis profluvium per ora venarum, quæ in ano sunt, bonum est.

Qui insania corripiuntur, aut per se a morbis liberantur, iis dolor ad pedes aut pectus subiens, aut vehemens tussis oborta, insaniam solvit. Quod si soluta insania nihil ex his accidit, cæcitas sequitur.

Qui inter loquendum hæsitant, aut balbutiunt, ut nec labris moderari queant, si hæc cessent, purulenti evadunt.

Vehementem in locis inferioribus dolorem surditas solvit, aut copiosus ex naribus sanguis profluens.

Insania magnum morbum, invadendi consuetudine jam familiarem, solvit.

Quibus in febribus ardentibus coxendicum dolor est, oculorum perversio, aut cæcitas, aut testium tumores, aut mammarum elevatio, hæc febrem ardentem solvunt, aut etiam sanguinis ex naribus profluvium.

In febre ardente si rigor corripiat, sudorem evocare solet.

Febre ardente detento, rigore succedente, solutio contingit.

Tremores in febribus delirium solvit.

Quibus in febribus aures obsurduerunt, his, nisi febris solvatur, furorem contingere, necesse est. Solvit autem sanguis ex naribus effluens, aut alvus biliosa effundens, aut intestinorum difficultas, aut coxendicum, aut genuum dolor succedens.

Febribus si rigor succedat, febris solvitur.

leurs au pied ou à la poitrine. Si ces douleurs ne viennent point, on perd la vue quand la manie finit.

50. Ceux qui ont un embarras dans la parole qui les oblige à répéter le même son, sans être maîtres du mouvement de leurs lèvres en guérissant de cet état tombent dans l'empyème.

51. Une violente douleur dans les parties inférieures, se guérit par la surdité ou par une abondante hémorrhagie du nez.

52. Une épilepsie dont les accidents sont fréquents se guérit par la manie.

53. Quand dans la fièvre ardente il survient des douleurs à l'ischium, ou des distorsions d'yeux, ou perte de la vue, ou tumeur aux testicules, ou gonflement aux mamelles, c'est guérison; comme aussi, s'il survient hémorrhagie du nez.

54. Dans la fièvre ardente, le froid survenant est un indice de sueur.

55. Les tremblements dans la fièvre ardente finissent avec le délire.

56. Toutes les fois que dans les fièvres la surdité qui survient ne termine pas la maladie, on tombe nécessairement dans la manie; mais on en guérit par l'hémorrhagie du nez, par des selles bilieuses, ou par la dysenterie, ou par des douleurs à l'ischium ou aux genoux.

57. Le froid qui survient après la fièvre la termine (1).

58. Quand on a des douleurs subites avec des élévations aux hypochondres, et qu'il survient de violentes douleurs aux fausses côtes, elles finissent avec la saignée ou la purgation par bas; car la fièvre ne s'établit pas fortement dans des parties affaiblies.

59. Dans l'hydropisie, l'écoulement des eaux, au moyen des veines par les urines ou par les selles, est guérison.

60. Dans la leucophlegmatie, une violente diarrhée est guérison.

61. Ceux qui, avec une longue diarrhée, sont atteints de la toux, ne sont délivrés que lorsqu'il leur survient de vives douleurs aux pieds.

62. S'il se prépare quelque changement dans la nature du mal, le malade n'ayant pas de diarrhée, et ses envies d'aller n'aboutissant qu'à des vents, c'est signe qu'il n'y a pas d'humeurs; et vous verrez prospérer ce que vous donnerez aux malades dans cet état.

63. Dans la passion iliaque, donnez beaucoup de vin, pur, et peu à peu, jus-

(1) *La termine.* Cela veut dire, vraisemblablement, que le froid suspend la violence de la fièvre.

CAPUT VII. — Judicia repentinorum dolorum, hydropis, leucophlegmatiæ, diarrhœæ, volvuli, cephalalgiæ, ophthalmiæ, convulsionis, tetani.

Quibus dolores derepente oriuntur, præcordia sursum attolluntur, si dolores vehementes ad notham costam contingant, his venæ sectio, et deorsum purgatio solutionem adfert. Neque enim locis invalidis vehemens febris invadit.

Aqua intercute detentis, si aquosus humor per venas in alvum, aut vesicam effluat, solutio contingit.

Si pituita alba detento vehemens alvi profluvium succedat, solutio contingit.

Qui alvi profluvio diutius cum tussi detinentur, non liberantur, nisi dolores vehementes ad pedes contigerint.

Si velit naturæ perversio fieri, ubi nullum amplius alvi profluvium adfuerit, aut inanis alvi egestio corripuerit, flatus enim foris exsistentes superveniunt. Manifestum igitur nullum humorem habent, ut proinde, quæ ita habenti adhibentur, tuta esse noscas.

Si tenuioris intestini morbus superveniat, vinum frigidum copiosum, meracum, paulatim propinato, quoad somnus, aut crurum dolor oboriatur, quem etiam febris, aut intestinorum difficultas solvit.

Capitis morbo vehementer affecto, si pus per aures, aut nares effluxerit, morbum solvit.

Quibus per sanitatem derepente capitis dolores obveniunt, confestimque vox deficit, ac qui stertunt, intra dies septem ii pereunt, nisi febris eos prehenderit.

Ex capite vehementer dolenti quicunque ex superioribus locis afficiatur, cucurbitulam ei admoveto. Coxendicum et genuum dolor, et crebra spiratio, quidquid horum contigerit, solvit.

Lippitudine laboranti, alvi profluvio detineri, bonum.

Convulsione aut corporis distentione vexato, si febris superveniat, ea morbum solvit.

Si febre detentum convulsio prehenderit, febris eodem die, aut postero, aut tertio desinit.

Quando manibus et pedibus distentus in maniam incidit, si manuum venæ pulsant, faciesque robusta, nec non hypochondria non mollia, sed elevata sint, diuturnus morbus est, absque convulsione.

qu'à ce que le sommeil ou un mal de jambes arrive.

64. La dysenterie arrête la fièvre. L'éjection de pus par les oreilles ou les narines arrête les maux de tête dans les maladies.

65. (*Il s'agit ici de l'apoplexie.*) Ceux qui, en santé, tombent subitement dans des maux de tête, qui perdent subitement la parole, et qui ronflent, meurent dans les sept jours, si la fièvre ne survient.

66. Dans les maux de tête, appliquez les ventouses aux parties supérieures affectées. S'il survient des douleurs à l'ischium, ou aux genoux, ou une grande oppression, quel des trois qui arrive, les maux de tête s'arrêtent.

67. Dans les ophthalmies, être pris de la diarrhée, c'est bon.

68. Dans le spasme ou le tétanos, la fièvre qui survient termine le mal.

69. Dans la fièvre, le spasme qui survient l'arrête le même jour, ou le lendemain, ou le troisième jour.

70. Quand on a le spasme aux mains et aux pieds, on est menacé de manie.

71. Quand il y a des pulsations aux veines des mains, que le front est tendu, les hypochondres durs et élevés, la maladie sera longue, mais sans spasme (1).

(1) Ceci paraît contraire au numéro 37, et Foës n'en donne point la traduction. On peut cependant concilier les deux passages.

HIPPOCRATIS DE DIEBUS JUDICATORIIS LIBER.

PRÆFATIO.

Doctrina hippocratica in hoc libello quidem legitur, judice Mercuriali (1), sed, ut antecedens, ille aphoristico dicendi genere excerpta ex aliis scriptis Hippocratis, et potissimum quidem ex libro de morbis, et de internis affectionibus, indeque Cnidiorum sententias, continet (2). Nec Erotianus, nec Galenus eum memorant.

ARGUMENTUM LIBRI.

Artis medicæ esse judicia, quæ medico, ut de morbis judicia ferat, noscenda sint; de variis signis et affectibus, ex quibus desumuntur judicia.

CAPUT I. — Quæ medico noscenda et advertenda, ut non fallatur in arte.

Artis magnam partem esse duco, posse, quæ recte scripta sunt, speculari. Qui enim hæc noverit, iisque utitur, is mihi in arte non multum falli videtur. Unamquamque sane tempestatum anni, et morborum conditionem exacte addiscere oportet, et quisnam morbus bonus, quis periculo conjunctus, aut in temporis conditione, aut in morbo, quinam morbus longus sit et lethalis, longus quinam salutaris, acutus quinam lethalis, acutus quinam salutaris. Ex quibus tum judicatoriorum dierum series contemplanda est, tum etiam prædicendi facultas suppetit. Prætereaque ex his, quibus, et quando, et quamnam victus rationem præscribere oporteat, cognoscere licet.

Maximum igitur in ægris, qui superstites futuri sunt, signum est, si febris ardens, cæterique morbi, eodem modo præter naturam non fuerint. Nihil enim in his, quæ sunt secundum naturam, neque formidandum, neque lethale contingit. Secundum vero, si ipsa etiam anni tempestas una cum morbo minime repugnet. Neque enim fere contingit ut humana natura universi vim superet.

(1) l. c. (2) Cfr. Halleri Bibl. med. pr. T. 1. pag. 80.

DES JOURS CRITIQUES.

Nous laissons à ce Traité sa dénomination usitée ; mais le vrai titre est DE CE QUI A RAPPORT AUX CRISES. On y trouvera de brièves descriptions assez bien faites d'un petit nombre de maladies, notamment de la péripneumonie, avec la manière dont elles se terminent.

1. Je regarde comme une grande partie de l'art, de savoir se bien préparer à observer, d'après ce qui nous a été transmis; car celui qui en est instruit, et qui en use à propos, me paraît ne pouvoir pas faire de grandes fautes dans l'art. Or, il faut connaître exactement la constitution des saisons et celle des maladies en général ; pour chaque maladie séparément, ce qu'il y a de bon et ce qu'il y a de mauvais, tant dans sa nature générale qu'en elle-même ; pour les signes, ceux qui annoncent la durée du mal et ceux qui présagent le danger. Quant à la durée, tout ce qui s'y manifestera ; si la maladie est aiguë, tout ce qui peut mener à la mort.

2. (*Peinture d'un état qui annonce la guérison.*) Il faut connaître l'ordre successif de ce qui concerne les crises, afin de l'observer ; on en tire de quoi faire des prédictions. On en tire aussi des règles pour connaître en quoi doit consister le régime des malades, et quand, comment, avec quoi il faut les traiter. Le premier et le plus grand de tous les signes que le malade survivra, c'est que la maladie, et tout ce qui y a rapport, ne soit pas contre sa nature ; car ce qui vient en conséquence des lois naturelles n'est pas mortel. Le second, c'est que la saison concoure avec la maladie. La nature de l'homme n'est pas elle seule plus forte que celle de l'univers. Observez ensuite la figure du malade, si elle est sèche ; les veines des mains et celles des angles des yeux, si elles sont en repos, tandis qu'auparavant elles ne l'étaient point ; la voix, si elle devient plus faible et plus douce ; la respiration, si elle est longue et point élevée ; dans ces cas, la maladie se calmera le jour suivant. Il faut donc regarder attentivement à ces choses, qui ont rapport aux crises.

Deinde si faciei partes extenuentur, et venæ, quæ in manibus sunt, et oculorum angulis, ac superciliis, quiescant, cum antea minime quiescerent, huic si vox remissior, et exilior, spirationque rarior, et tenuior fuerit, in sequentem diem morbi remissio contingit.

Hæc igitur ad judicationem in considerationem adhibenda sunt, et si linguæ bifurculum velut saliva alba obducitur, sique in summa lingua hoc idem contigerit, minus tamen. Siquidem igitur parva hæc exstiterint, ad tertium diem morbi remissio exspectanda est; si vero aliquanto crassius, in crastinum; si autem adhuc crassius, eo ipso die.

Quin etiam oculorum alba per initia quidem morbi nigrescere necesse est, si morbus invaluerit. Hæc igitur si pura exsistunt, perfectam sanitatem, remisse quidem, tardius, vehementer vero, citius contingere, denotant.

Caput II. — Acutorum morborum hepar obsidentium, quales peregrinatio et per deserta loca profectio, descriptio, causæ, signa, symptomata.

At vero acuti morbi ex bile oriuntur, cum ad jecur confluxerit, et ad caput pervenerit. Sic vero afficitur : jecur intumescit, et propter tumorem ad septum transversum expanditur ; statimque ad caput, præcipue vero ad tempora dolor ingruit, neque æger auribus acute audit, sæpe vero oculis non videt, horrorque et febris invadunt. Hæc igitur per morbi initia ei contingunt, et quandoque valde quidem, quandoque etiam minus intermittunt ; quoque magis morbi tempus processerit, eo corporis dolor major est, oculorum pupillæ dissipantur, eorumque acies hebescit, sique digitum ad oculos admoveris, hunc non percipiet, eo, quod non videt. Istud autem, quod non videat, hinc cognosces, quod admoto digito non nictatur, et floccos ex vestibus stragulis detrahit, si quos videat, pediculos esse ratus.

Cumque jecur ad septum transversum magis explicatum fuerit, æger delirat, sibique ante oculos reptilia, et varias cujusvis generis feras ferri existimat, et homines armatos, cum quibus pugnare videtur, et tanquam videat ejusmodi, loquitur, irruit, minaturque, si quis eum exire non permittat. Et si surrexerit, crura attollere nequit, sed cadit, pedesque perpetuo sunt frigidi, cumque dormit, et somno exsilit, horrendaque insomnia videt. Quod autem per somnos

(*Examen de la langue.*) Ayez encore égard à la ligne longitudinale de la langue, si elle est humectée de salive blanche, de même que la pointe, ou si elle l'est moins. Lorsque ces signes favorables sont peu sensibles, le changement en mieux n'arrivera que le troisième jour ; s'ils sont bien sensibles, c'est pour le lendemain ; s'ils le sont très-fort, c'est pour le jour même. Observez le blanc des yeux, il se ternit nécessairement quand le mal est violent. Lors donc que le blanc des yeux est brillant, c'est signe de santé ; s'il l'est moins, elle approche lentement ; s'il l'est beaucoup, elle se hâte.

3. (*Peinture de l'état fâcheux de certaines maladies aiguës.*) Les maladies aiguës proviennent de la bile qui se précipite au foie et se porte à la tête. Voici donc ce qui arrive. Le foie se gonfle et s'applique au diaphragme, à raison de son augmentation de volume. Aussitôt il survient des douleurs de tête, surtout aux tempes et aux oreilles ; l'ouïe diminue, et souvent la vue s'obscurcit ; le frisson et la fièvre arrivent. Ce sont là les altérations qu'on remarque au commencement, tantôt plus, tantôt moins. A mesure que le temps de la maladie s'écoule, et que le travail dans le corps est plus grand, les prunelles des yeux errent et s'obscurcissent. Si vous présentez le bout du doigt aux yeux du malade, il ne s'en aperçoit point, parce qu'il ne voit plus. Vous le reconnaîtrez à ce qu'il ne clignote point à l'approche du doigt. Quand il voit, il arrache des fétus des linges, les prenant pour des insectes, et à mesure que le foie s'applique davantage au diaphragme, le malade tombe entièrement dans le délire. Il croit voir des serpents et toute espèce de bêtes féroces ; il croit voir des soldats armés et se battre avec eux, il tient les mêmes propos que s'il les voyait réellement ; il veut sortir, il menace ceux qui l'en empêchent ; s'il se lève, il ne peut soulever ses jambes, et il tombe ; ses pieds sont toujours froids ; quand il dort, il s'agite et voit dans ses songes des choses horribles. Nous le connaissons parce qu'il s'éveille en sursaut, épouvanté. Quand il revient à lui, il raconte ses songes, qui sont analogues à ce que nous lui voyons faire et lui entendons dire. Tel est son triste état. Il perd quelquefois la parole pendant vingt-quatre heures. La respiration est haute, fréquente ; il y a des passages subits du délire à la raison. Si quelqu'un l'interroge, il répond sagement, il entend tout

exsiliat, et terreatur, cognoscimus, cum ad mentem redierit. Insomnia enim ejusmodi exponit, et quæ corpore gessit, quæque lingua locutus est. Istaque ejusmodi patitur; interdum verò per totum diem ac noctem voce privatur, cum multa et conferta respiratione. Cum delirium cessavit, statim ad mentem redit, et si quis eum interroget, recte respondet, et omnia, quæ dicuntur, intelligit, deinde rursus paulo post iisdem prostratus doloribus decumbit. Hic morbus potissimum in peregrinatione contingit, et si quando per deserta loca quis iter fecerit, et si etiam aliter invadit.

Caput III. — Tetani triplicis descriptio, judicatio.

Nervorum distensiones duæ, vel tres. Siquidem ex vulnere nervorum distentio contingit, sic æger afficitur : maxillæ velut ligna rigescunt, os æger aperire non potest, oculi frequenter illacrymantur, et contrahuntur, dorsum rigidum est, neque crura, neque manus, neque spinam æger inflectere potest. Cum vero lethalis fuerit, potus et edulia, quæ prius æger devoravit, per nares interdum exeunt.

In distentione ad posteriora (opisthotono dicta), in reliquis eodem, ut plurimum modo afficitur æger. Oritur autem cum ad posteriores cervicis tendines, aut ex angina, aut uva, aut locis ad tonsillas purulentis, quis affectus fuerit. Quibusdam etiam ex capite, cum febres supervenerint, convulsio contingit. Jam vero etiam ex vulneribus in posteriora distrahitur, et præ dolore dorsum et pectus rigescit, et lamentatur. Is vehementer convellitur, ut vix ab iis, qui adsunt, contineatur, quin e lecto excidat.

Alia nervorum distentio minus est prioribus lethalis, ex iisdem autem oritur, eodemque modo totum corpus convellitur. At febris ardens non similiter, ut prædicta, oritur. Semel enim natura sua prehendit, ut accendi necesse sit. Sitis igitur multa, et vehemens febris hominem detinet. Lingua autem exasperata finditur, et resiccatur, coloreque primum quidem pallida est, uti consuevit, procedente vero tempore nigrescit. Quod si quidem per initia nigrescat, celeriores judicationes contingunt; si postea, tardiores.

Caput IV. Ischiadis et icteri dignotio atque judicatio.

Coxendicum morbi plerisque ex his ce qu'on lui dit, et il retombe ensuite bientôt dans les mêmes accidents. Cet état arrive surtout dans les maladies occasionnées par de longs voyages, si on a parcouru des lieux déserts, et autrement aussi.

4. (*Du tétanos et opisthotonos.*) Il y a deux ou trois espèces de tétanos. Quand il survient à la suite d'une blessure, les mâchoires se serrent comme du bois, on ne peut ouvrir la bouche. Les larmes coulent abondamment des yeux, ou bien ils se retirent en dedans. Le dos est roide. On ne peut fléchir ni les jambes, ni les bras, ni l'épine. La boisson et les aliments qu'on avait avalés auparavant ressortent par le nez. Dans l'espèce appelée opisthotonos, les accidents sont les mêmes, et il a lieu, lorsque les tendons de derrière le cou sont pris, à raison d'une esquinancie, ou des affections de la luette et des autres parties du gosier, qui tombent en suppuration. Le spasme arrive aussi quelquefois dans des fièvres qui attaquent la tête. Celui qui provient des blessures se porte, comme l'opisthotonos, aux parties postérieures : la douleur roidit le dos et étrangle la poitrine. Les tiraillements sont si violents qu'on a peine à contenir le malade et à empêcher qu'il ne tombe du lit.

5. (*La fièvre ardente.*) La fièvre ardente ne vient pas de la manière que nous venons de dire pour le tétanos. Sa nature se montre d'abord telle qu'on y reconnaît nécessairement un grand feu. On commence par une soif violente et une grosse fièvre; la langue se gerce, devient âpre et sèche. Sa couleur est d'abord naturelle, puis elle noircit; et si elle noircit dans le commencement, les crises seront plus promptes; si c'est lentement, elles seront tardives.

6. (*La sciatique.*) Les sciatiques arrivent d'ordinaire à raison de ce qu'on aura long-temps supporté le soleil, les cuisses étant exposées à son ardeur; et l'humeur des articulations se sera desséchée par la chaleur. — Le signe de ce desséchement et de l'épaississement, est que le malade ne peut ni se tourner, ni mouvoir les membres, à cause de la douleur des ar-

potissimum causis oriuntur, si quis diutius in sole versetur, et coxendices incaluerint, humorque, qui in articulis inest, ab ardore resiccatus fuerit. Quod autem resiccetur, et concrescat, id magno est indicio. Æger enim articulos præ dolore, qui in eis est, inflectere, aut movere non potest, et eo quod spinæ vertebræ constrictæ sunt. Dolor autem magis est ad lumbos, et vertebras, quæ ex obliquo coxendicym sitæ sunt, et ad genua. Dolor autem acutus, et æstuosus, plurimo tempore in inguinibus, sed etiam in coxendicibus insistit, et si quis eum erigat, non transmovetur, ingemiscit autem, quam maxime potest, præ dolore. Interdum vero etiam convulsio, et rigor, et febris supervenit. Oritur autem a bile, et pituita; oritur quoque etiam a sanguine; et dolores ab omnibus morbis sunt similes, et rigor et febris levis interdum prehendit.

Morbus regius acutus est, et qui celeriter necat. Color totus mali punici corticem refert, vehementer autem ex viridi pallescit, et quemadmodum lacerti virides, simile ei corpus est. In urina, quod subsidet, velut ervum fulvum; et febris, et horror levis detinet. Interdum vero etiam vestem stragulam habere non sustinet, sed matutino tempore jejunus intus mordetur et raditur, deinde ut plurimum viscera strepitum edunt, et si quis eum erigat, aut alloquatur, non sustinet. Hic fere intra dies quatuordecim moritur, quos si effugerit, convalescit.

Caput v. — Peripneumoniæ, et febrium diagnosis, et judicatorii dies.

In pulmonis inflammatione hæc eveniunt: febris vehemens detinet, crebra est, et calida respiratio, anxietudo et impotentia vexat, et corporis jactatio, dolorque ad scapulas, jugulum et mammam, in pectore pondus, et deliria. Interdum vero, quoad tussis cœperit, sine dolore est, sed illa longior et molestior est. Primis diebus sputum album, et spumosum exspuit; lingua vero flava est, sed procedente tempore nigrescit. Si igitur per initia nigrescat, celeriores sunt liberationes; postea vero tardiores. Tandem etiam lingua finditur, et si digitum admoveris, adhærescit. Morbi autem liberationem, non secus ac in morbo laterali, lingua denotat. Hæc contingunt diebus ut minimum, quatuordecim, ut plurimum vero, uno et viginti; quo tempore æger vehementer tussit, unaque cum tussi rejicit, primum quidem copiosa sputa, et spumosa, at septimo ac octavo ticulations et d'une adhésion dans les vertèbres. La douleur la plus forte est aux lombes inférieures, aux vertèbres, qui sont près de l'isehium, et aux genoux. Elle se fait sentir souvent aux aines et aux cuisses. Quand on lève le malade, il ne peut se remuer. La violence extrême du mal lui arrache des cris, quelquefois il tombe dans des convulsions. Le froid survient avec des tremblements et la fièvre. La sciatique procède de la bile; elle procède aussi du sang. Il y a, du reste, dans tous les maux douloureux quelques ressemblances. Quelquefois le tremblement du froid et la fièvre sont médiocres. Il faut cependant y avoir égard.

7. (*L'ictère aigu.*) Il y a un ictère aigu et qui tue promptement. Toute la peau est couleur d'écorce de grenade; elle tire sur le vert comme la peau des lézards verts. Le sédiment des urines est à peu près de même couleur, roux comme les orobes; le frisson et la fièvre sont médiocres. Quelquefois le malade ne peut supporter aucune couverture. Il sent le matin des morsures à l'intérieur, comme si l'on y passait des râcloirs, quoiqu'il n'ait pas de nourriture dans les entrailles, et elles font ordinairement du bruit. Lorsqu'on veut le lever ou lui parler, il se fâche. La mort survient communément en quatre jours. S'il les passe, il guérit.

8. (*La péripneumonie.*) La péripneumonie est ainsi. Fièvre forte, respiration fréquente, expiration chaude, anxiétés, faiblesse et affaissement, avec douleur aux omoplates, à la clavicule, sous les mamelles, poids dans la poitrine, et des délires. Il arrive quelquefois qu'il n'y a pas de douleur, jusqu'à ce qu'on commence de tousser, mais alors la maladie est plus longue et plus dangereuse. Dans le commencement, le crachat est une salive blanche et écumeuse; la langue est jaune; dans la suite, elle noircit. Si elle est noire au commencement, les changements sont prompts; ils sont lents quand elle ne noircit qu'avec le temps. A la fin elle se gerce; et si vous y appliquez le bout du doigt, il y adhère. Les changements sont annoncés dans la péripneumonie par l'état de la langue, comme dans la pleurésie; la maladie dure quatorze jours au moins; elle se prolonge ordinairement jusqu'à vingt jours, et pendant ce temps la toux est fréquente. Le sang se purge par les crachats; on les rend d'abord en quantité; ils sont écumeux, mêlés de salive. Le septième et le huitième jour, lorsque la fièvre est dans toute sa vigueur, il faut que la péripneumonie s'humecte; que le

die, cum febris in vigore, et humida pulmonis inflammatio fuerit, crassius, aliqui minime, nono vero et decimo die, aliquantulum ex viridi pallescens, et subcruentum, duodecimo autem ad decimum quartum usque, copiosum et purulentum. Quibus a natura humidæ insunt corporis affectiones, iis vehementior morbus est. At quibus natura et morbi conditio sicca est, hi minus conflictantur.

Atque de judicatoriis diebus jam quidem etiam antea a me dictum est. Judicantur autem febres die quarto, septimo, undecimo, decimo quarto, decimo septimo, uno et vigesimo. Ex his vero acutis trigesimo, deinde quadragesimo, postea sexagesimo. Ubi vero hos numeros superant, diuturna jam evadit febrium conditio.

crachat s'épaississe ; que du moins au neuvième et dixième jour il blanchisse, et soit mêlé de peu de sang ; et que depuis le douzième jusqu'au quatorzième, il soit abondant, épais, semblable à du pus. Dans ceux dont la constitution est humide, le mal est violent ; il est modéré dans ceux qui l'ont sèche.

9. (*Époques des crises.*) Quant aux jours critiques, j'en ai déjà parlé. Les fièvres se jugent le quatrième jour, le septième, le onzième, le quatorzième, le dix-septième, le vingt-unième. Il y en a d'aiguës qui se terminent le trentième, le quarantième, ensuite le soixantième. Quand la fièvre passe outre, la maladie devient chronique.

HIPPOCRATIS PRORRHETICORUM LIBER I.

PRÆFATIO.

Celeberrimi quidem vetustissimis jam temporibus, Prorrheticorum s. Prædictorum (prædictionum) libri duo fuerunt; ab Hippocrate autem ipsos vere profectos esse, Erotianus expresse negat (1), quamvis verba ejus ita quoque intelligi possint, ut posteriorem duntaxat Hippocratis esse, non concedatur (2). Eosdem libros a quibusdam Draconi, Hippocratis filio, a quibusdam Thessalo adscribi, Galenus, et non uno quidem loco, affert (3), simulque putat, libros hos ex Prognostico, Aphorismis, et Epidemicorum libris conflatos esse, multis tamen falsis interspersis (4). Sed Cælius Aurelianus librum Hippocratis prædictivum (utrumque librum conjunctim) ceu vere Hippocraticum citat (5).

Hieronymus Mercurialis (6) libros hos aut pro talibus habet, in quibus germanis spuria intermista sint plurima, aut pro libris, a posteris Hippocratis, discipulisve, editis, et tempore Ptolemæorum sub Hippocratis titulo venditis, quorum tamen auctores plurima vera ab Aphorismis, Prognostico et Epidemicis mutuaverint. Lemosius in judicio de his libris (7) plane Galenum sequitur. Foesius (8) utrumque librum ad Hippocratem refert, primum, quod Hippocratis majestatem verbis, sententiis, stylo, brevitate testatur; alterum, quod Celsus plurimas ex eo sententias latinas fecit. Auctorem tamen utriusque libri eumdem esse non posse, expresse dicit.

Librum primum Prorrheticorum quamvis non plane alienus ab Hippocrate sit, pro vere Hippocrateo habere, multa vetant, quare etiam recentiores, ut Hallerus (9), Grunerus (10), Grimmius (11),

(1) L. c. (2) Cfr. Fabrici Bibl. gr. ed. 4. Vol. II. pag. 535. (3) Comm. 2. in 1. praed. text. 52. comm. 1. in 1. praed. text. 4 et 15. (4) Comm. 1. in Hipp. epid. 3. text. 29. (5) Acut. morb. lib. 1. cap. 12. et libr. 3. cap. 15. (6) Cens. op. Hipp. pag. 27. (7) Judic. oper. magn. Hippoc. cap. 9. fol. 34. (8) Praef. ad praed. lib. x. in ed. oper. Hipp. (9) Bibl. med. pract. T. 1. pag. 79. et art. med. princ. T. 2. pag. 125. (10) Cens. libr. Hipp. pag. 57. (11) Hipp. Werke 2. Band pag. 566.

DES PRÉDICTIONS,

LIVRE PREMIER.

Ce Traité est le cinquième des sept qui composent la seconde section dans Foës. Il y est intitulé *Prædictorum Liber primus*. M. Lefebvre-Villebrunc, dont j'ai déjà eu l'occasion de parler, dans l'avis à la tête des Pronostics, en a donné une bonne traduction enrichie des renvois aux Sentences coaques, qui y ont du rapport. Le plan, auquel je suis assujetti pour la distribution des divers traités qui nous sont parvenus sous le nom d'Hippocrate m'a obligé de séparer ce premier livre des Prédictions, du second, lequel a dû faire partie du premier volume de ma traduction, en me conformant à l'ordre annoncé dans ma préface.

Or, comme les lecteurs auraient pu être étonnés de trouver au commencement du premier volume un traité intitulé second livre des Prédictions, avant d'avoir vu le premier livre, cela a fait qu'en plaçant dans le premier volume le morceau que Foës intitule *Prædictorum liber secundus*, προρρητικῶν βιβλιόν β. Je ne lui ai donné dans le premier volume d'autre titre que celui de Prédictions. Cependant, afin de laisser au lecteur la faculté de se reconnaître dans l'édition de Foës, j'intitule celui-ci livre premier des Prédictions. Celui qui commence page 75 du premier volume, est donc ce qui fait le second livre de Prédictions dans Foës.

1. (*Présages généraux concernant la frénésie et le délire.*) Ceux qui tombent dans l'assoupissement dès le commencement de la maladie, qui ont des insomnies, avec mal de tête et douleurs aux lombes, aux hypochondres, au cou, sont menacés de tomber dans la frénésie. La morve qui coule de leur nez est un signe mortel, surtout si ceci arrive le quatrième jour, à dater du commencement de la maladie.

2. Les déjections rouges sont toujours mauvaises, mais principalement dans ceux-ci :

unanimiter eum rejiciunt. Multa enim in eo obscura esse, minus firma omnia, dissimilis generis symptomata coacervata, jam Galenus (1) notavit. Grimmius (2) illum ad hos pertinuisse, autumat, quibus in Æsculapii Coi templo asservatis Hippocrates usus fuerat. Etenim generaliter in plerisque, aut in omnibus ægrotantibus vera præsagia in hoc libro non leguntur, sed particulariter vera, et in quibusdam tantum ægris evenientia. Nomina etiam ægrotorum, in quibus, quæ scripsit, evenisse vidit, auctor adposuit, quæ negavit Galenus ab Hippocrate præter Epidemicorum libros usquam citari, et non raro ex particulariter veris phænomenis concludens generalia præposuit. Vocibus aut insolitis utitur, aut insolitum in sensum detortis. Vero omnino simile est, librum hunc ex adversariis, in quæ morborum observationes atque mutationes conjectæ (forsan ab ipso Hippocrate) erant, a medico, qui plurimos morbos nondum observaverat, compositum esse (3).

Libro secundo quidem testimonia de germana ejus origine desunt, Celso, qui tamen librum ipsum non memoravit, sed loca tantum non pauca ex eo latina fecit, et Cælio Aureliano exceptis, ipseque auctor in hoc libro etiam de prædictionibus ab aliis acceptis dicit, quod Hippocrates vix fecisset. A criticis recentioribus autem, Hallero (4), Grunero (5), Grimmio (6), ipsi locus inter vere ab Hippocrate conceptos libros non denegatus est. Stylus enim Ionismum et puram Hippocratis dictionem redolet (7), ordo, quo liber conscriptus est, bonus est, plurima vera et præclara, ita, ut hic secundus liber inter eos referri debeat, qui Hippocratem quidem non dedeceant, quos vero ab eo ipso conscriptos esse saltim, non extra omnem dubitationem positum est (8). Sprengelium autem hæcce argumenta haud movere potuerunt, quin librum hunc secundum cum primo plane rejecerit. (9).

3. La langue sèche et épaisse est un signe de frénésie.

4. Avec des insomnies et de l'agitation, l'urine claire, dans laquelle il se fait des nuages noirâtres, venant après les sueurs, est un signe de frénésie.

5. Les rêves des frénétiques se rendent souvent manifestes par des gestes et par des signes extérieurs.

6. Le crachement fréquent, s'il s'y joint quelqu'autre signe, est un indice de frénésie.

7. Grand feu à l'hypochondre, avec fièvre et froid, c'est mauvais, surtout s'il y a sueur.

8. Le délire, dans un état de grande faiblesse, est très-mauvais, comme on l'a vu dans la maladie de Thransynonthe.

9. Les violentes frénésies jettent dans des tremblements.

10. Le vomissement de matières vertes, dans les maux de tête, avec surdité et insomnie, sont bientôt suivis du délire.

11. Les maux de gorge, dans les maladies aiguës, tels que la voix en devient grêle, petite, avec suffocation qui oblige à tenir la bouche ouverte, sans pouvoir facilement la fermer, jettent dans le délire et la mort.

12. Dans le délire, être tranquille au commencement, mais passer souvent dans l'état contraire, et cracher souvent, c'est mauvais.

13. Dans la frénésie, les selles blanches, comme celles d'Archécrate, sont mauvaises. L'assoupissement les suit.

14. Les tremblements qui surviennent dans les violents délires que l'atrabile cause sont de mauvais caractère.

15. Ceux qui délirent fortement, et qui par-dessus ont la fièvre avec des sueurs, tombent dans la frénésie.

16. Les frénétiques boivent peu, sont sensibles au bruit, et sujets à des tremblements.

17. La voix entrecoupée après un vomissement avec agitation, et le regard fixe, amènent la manie. Cela arriva à la femme d'Hermodzyge; elle mourut dans un violent délire.

18. Dans la fièvre ardente, le tintoin avec faiblesse de vue et pesanteur au front, signe de délire avec bile noire.

19. Ceux qui délirent, dont la parole est entrecoupée, ont des tremblements

(1) Comm. 2 in 1. prorrh. text. 36 et 52. (2) L. c. (3) Vid. Fabricii bibl. gr. ed. IV. Vol. II. pag. 536. (4) Bibl. med. pract. T. 1. pag. 38. et art. med. princ. T. 1. pag. 193. (5) L. c. (6) L. c. 1. Bd. pag. 171. (7) Cfr. Obsopoei praef. ad Hipp. jusjur. aphor. etc. pag. 28. (8) Vid. Fabricii bibl. gr. l. c. (9) L. c. pag. 83.

LIBER I.

ARGUMENTUM LIBRI.

Quid in morbis salutare quid perniciosum sit, item quid bonum, quid malum prænuntiet, sigillatim prosequitur, singulis exacte propositis, quæ in omnibus pene morbis circa ægrotantes evenire solent.

Caput I. — Præsagia eorum, qui in principio soporosi fiunt; phrenitidem quæ significent; desipientiæ, quæ pessimæ. Insaniam adfore quid portendat; phrenitidis signa mala; quid de melancholia, et quid de acute delirantibus præsagiendum.

Qui inter initia sopore detenti, capitis, lumborum, præcordiorum, cervicis dolore, ac insomnia conflictantur, eos considerare oportet, num sint phrenitici. In his narium stillatio perniciem ostentat, idque præcipue, si quarto inter initia die contingat.

Alvi prærubra proluvies, cum in omnibus quidem morbis, tum vero vel maxime in prædictis, malo est.

Lingua ex resiccatione densa, et aspera, phrenitidem portendit.

In iis, qui præter rationem perturbantur, et vigiliis torquentur, urinæ decolores, nigris sublimamentis interspersæ, cum tenuibus sudoribus circa caput obortis, phrenitidem prænuntiant.

Quin et quæ in phreniticis manifesta apparent insomnia, providenda sunt.

Excreatio frequens et irrita, siquidem aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

Relicti in præcordiis æstus cum febre, in qua totius corporis habitus perfrigeratur, malo sunt, idque præsertim, si cum sudoribus contingat.

Desipientiæ, quæ jam admodum fractis, et debilitatis viribus succedunt, pessimæ sunt, non secus ac Thrasynonti.

Vehementes phrenitides in tremorem desinunt.

Vomitus virulenti et æruginosi, cum capitis dolore, surditate, et insomnia, promptam insaniam significant.

Ubi fauces in morbis acutis dolent, graciles sunt, parvæ, et suffocantur, atque ubi os hiarit, non prompte adduci dans la langue : le tremblement devient universel, et ils tombent dans la fureur. Leur état est mortel s'il s'y joint une extrême sécheresse.

20. Tremblement dans la langue, signe de raison qui s'aliène.

21. Selles bilieuses pures, avec écume surnageante, mauvaise chose, surtout lorsque la douleur des lombes et le délire précèdent.

22. Dans ceux-ci, des douleurs vagues au côté annoncent le délire.

23. Perdre la parole et avoir le hoquet, c'est très-mauvais.

24. Perdre la parole à la suite d'une purgation, c'est très-mauvais.

25. Perdre la parole et avoir la respiration laborieuse, entrecoupée, cela donne à craindre le délire.

26. Les délires furieux pour peu de chose désignent l'atrabile.

27. Les agitations continuelles avec froid, fièvre et sueurs dans les parties supérieures, annoncent la frénésie, comme chez Aristagore, quelquefois même la mort.

28. Les fréquents changements dans les frénésies sont suivis de tétanos.

29. (*Concernant les urines.*) Rendre son urine sans le sentir, c'est mortel. L'urine est-elle pareille à celle des malades quand on en a troublé le sédiment? C'est à examiner (1).

30. (*Concernant des palpitations dans tout le corps.*) Ceux dont tout le corps palpite, venant à perdre la parole, sont-ils dans un état proche de la mort? A examiner.

31. Dans les frénétiques, le crachement fréquent, avec froid, annonce le vomissement de matières noires.

32. (*Concernant la surdité.*) La surdité et les urines rouges, sans sédiment, mais avec quelques nuages, annoncent le délire; l'ictère survenant est mauvais. Un délire obscur par-dessus l'ictère, mauvais encore. Il arrive cependant que ces malades recouvrent la parole et la raison : je crois même qu'il leur survient un cours de ventre, comme cela arriva à Hermippe, et il mourut.

(1) Lisez la description de l'état du quatrième malade du premier livre des Epidémies.

ac claudi possit, mentis emotionem portendi oportet. Ex his phrenitis perniciosa est.

In phreniticis initio moderatum esse, sedatum et facilem, crebro vero permutari, malum est, quin et sputatio frequens mala est.

Albicans dejectio in phreniticis malo est, quod Archecrati accidit. Num et in his torpor fit? His si rigor contingat, pessimum.

In furiosa et vehementi mentis emotione succedentes tremores malignitatem denuntiant.

In graviter et acute mente emotis, si febris iterum repetat cum sudore, phrenitici evadunt.

Phrenitici parum bibunt, ex levibus strepitibus facile irritantur ac percelluntur, tremuli sunt.

Ubi post vomitum anxiosum vox stridula est, oculi squalidi, et pulvere obsiti, insania portenditur, non secus ac Hermozyæ conjugi accidit, quæ vehementi insania correpta, voce defecta interiit.

CAPUT II. — Insania et melancholia unde prænoscenda; varia deliriorum signa et omnia. Quid porro phrenitidem ominetur; et signa ejusdem perniciosa.

In febre ardente, si tinnitus aurium cum visus hebetudine fiant, et ad nares accedat gravitatis sensus, furiosa mentis emotio indicatur.

Desipientiæ cum voce stridula, et linguæ convulsione tremula, voces quoque ipsæ tremulæ, mentis vehementem alienationem significant. In his durities, aut asperies perniciem minatur.

Linguæ tremulæ instabilem mentem, et a sede constantiæ deturbatam significant.

In biliosis et sincerisdejectionibus spumosa efflorescentia malo est, iis præsertim quos antea lumborum dolor, ac desipientia vexavit.

In his leves, et per intervalla, lateris dolores delirium significant.

Vocis defectiones cum singultu, pessimæ.

Vocis defectiones cum virium exsolutione, pessimæ.

In vocis defectione respiratio, velut in iis, qui suffocantur, conspicue elata, et visui exposita, perniciosa est. Num vero etiam delirium prænuntiet, animadvertere oportet.

Quæ pauco tempore feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas evadunt.

33. La surdité dans les maladies aiguës pleines d'agitation, mauvais signe.

34. (*Concernant le délire.*) Les délires obscurs, avec tremblement et tâtonnement des mains pour chercher des fêtus, signe certain de frénésie. On le vit dans Didymaque, à Cos.

35. L'assoupissement à la suite du froid, menace de délire.

36. Douleur à l'ombilic avec battements, c'est bien proche du délire, mais la crise se fait quelquefois par une éruption de vents avec bruit. La douleur au gras des jambes tient aussi du délire.

37. S'il se fait des nuages dans l'urine, après la disparition des douleurs à la cuisse, signe de délire dans ceux qui ont des bourdonnements d'oreille.

38. Le ventre est lâche, il y a des lassitudes, des maux de tête, de la soif, de l'insomnie, un délire sourd, grande faiblesse; attendez-vous à un délire complet.

39. (*Prédictions générales.*) Suer, surtout de la tête, dans les maladies aiguës, avec des impatiences, mauvaise chose; plus mauvaise encore, si l'urine est noire et la respiration précipitée.

40. Les faiblesses qui ne viennent pas à la suite des évacuations, sont mauvaises.

41. Être constipé et rendre avec effort des matières noires comme des crottes de chèvre, mauvaise chose, lorsque l'hémorrhagie du nez s'y joint.

42. Douleur aux lombes persévérante, avec fièvre pleine d'agitations, et sueurs, mauvaise chose. La voix tremblera-t-elle, comme cela arrive dans le froid de la fièvre ? A examiner.

43. Les grands et subits changements des extrémités, mauvaise chose. Et la soif qui quitte et reprend, mauvaise aussi.

44. Le passage de la douceur et de la modération à la violence et à la témérité, mauvaise chose.

45. Voix aiguë, signe de tiraillement à l'intérieur vers les hypochondres.

46. La vue s'obscurcit, s'affaiblit, le regard devient fixe, le malade voit comme à travers des nuages, mauvaise chose.

47. La voix aiguë et cassée, mauvaise.

Corporis jactationes et incontinentiæ, in febre, cum perfrictione, et superiorum partium tenui sudore, phrenitim denuntiant (quod in Aristagora expertum est), atque etiam perniciem.

Crebræ in phreniticis permutationes convulsiones denuntiant.

Si quibus urinæ non recordantibus, nec admonitis effluunt, pernicies portenditur. Animadvertendum etiam est, num et ab iis tales reddantur, quales fiunt, ubi subsidentiam conturbaveris.

Quos palpitationes in totum occupant, num plerumque voce defecti pereunt?

Crebræ in phreniticis sputationes cum perfrictione non longe postea nigrorum vomitum affuturum indicant.

Surditas cum urinis prærubris, non subsidentibus, et sublimamentis, mentis emotionem minantur. In his morbo regio corripi, malum est. Quin etiam malo est, ex morbo regio fatuitas, aut stupiditas. Hos quidem vox deficere solet, absque sensuum læsione. Quin et alvus nonnunquam affatim prorumpit, quale quid Hermippo contigit, et mortuus est.

In præcipitibus, et turbulentis morbis obveniens surditas perniciem minatur.

Dementiæ, in quibus tremuli fiunt ægri, obscure aut vix quidem desipere videntur, aut aliquid investigantium more sensim contrectant, et palpant, miro quodam modo phrenitim prænuntiant, non secus ac Didymarcho in Co contigit.

Ubi rigori torpor succedit, mentis alienatio significatur.

Caput III. — Dolores circa umbilicum palpitantes, et circa suram, et dolor circa femur dissipatus, quid prænuntient? Præsagia ex lumborum dolore, voce, siti, responsione, oculis, dentibus, respiratione, facie, egestionibus alvi, et urina.

Dolores circa umbilicum cum palpitatione mentis quidem alienatæ significationem quamdam præbent. Sub judicationem vero his plurimus et creber flatus, cum singulari contentione prodit. Quin et ad suram dolores in his mentis alienationem indicant.

Femoris dolore evanescente, si quid sublime per urinam innatet, mentis emotionem exspectare oportet, taliaque, qualia circa aurium sonitus contingunt.

Ubi alvus humescit, æger lassitudine, capitis dolore, siti, vigiliis torquetur, obscure loquitur, et ad motum est impo-

48. Le serrement des dents dans ceux qui n'ont pas coutume de les tenir serrées, funeste. La respiration suffocante, dans ce cas, est des plus mauvaises.

49. Bonne couleur avec une mine sombre, mauvaise chose.

50. Les selles qui deviennent écumeuses, et dont les matières ne sont pas mêlées, annoncent un rehaussement.

51. La suppression des urines à la suite du froid dans les maladies aiguës est très-mauvaise.

52. Des signes funestes, à la suite desquels on se trouve soulagé sans cause, annoncent la mort.

53. Dans des maladies bilieuses aiguës, les déjections blanches, écumeuses bilieuses, sont mauvaises; et aussi les urines qui ont ce caractère. La douleur du foie s'y joindra-t-elle?

54. (*Concernant la perte de la parole.*) Dans les fièvres, la perte de la parole, avec convulsions qui amènent un délire muet, est funeste.

55. La perte de la parole à la suite de grands maux est mortelle.

56. (*Pronostics généraux.*) Les fièvres qui proviennent des douleurs aux hypochondres sont de mauvais caractère.

57. La soif qui finit sans cause dans les maladies aiguës est mauvaise.

58. De grandes sueurs qui accompagnent les maladies aiguës sont mauvaises.

59. La difficulté d'uriner est mauvaise, et aussi les efflorescences rouges ou vertes qui surnagent au-dessus de l'urine. Il est mauvais encore de la rendre en petite quantité, goutte à goutte.

60. Les vomissements de diverses matières sont mauvais, surtout s'ils sont continus.

61. Des sueurs au temps critique, qui sont continuelles et avec inquiétude, sont mauvaises; encore plus, si elles sont froides.

